 cundum & trigelimum ætatis annum implet. Florentiaque moraretur
 inſolendiſſima correptus eſt febre: quæ adeo in humores & uiscera graſſata
 eſt: ut nullum non medicamentorum genus adhibuit contempſerit: cum
 que omnino naturæ ſatſacere intra tertium decimum diem coegerit. Sed
 quemadmodum in infirmitate ſe gesserit: licet eo tempore ab eo procul eſſe
 narrare tamen non deſinam: quæ ab grauiſſimis teſtibus: qui aderant acce-
 perim. Quale illud cum poſt ſumptum eucharistiæ ſacramentum: Sigillū
 ei crucifixi Chriſti offerretur: ut inde plenus amoris hauſtus ob ineffabilis il-
 lus paſſionis noſtræ ſalutis gratia memoriam: priuſq̃ exhalaret animam: ſū-
 mere poſſet fortiſſimum: dumtaxat aduerſus quacunq̃e aduerſa: munimē
 ualidiſſimumque contra iniquos dæmones: propugnaculum. Interroganti
 q̃: mox ſeniori: An firmiter crederet: ueram eſſe illam dei ueri: uerique hor-
 minis imaginem: qui qua deus eſt: ante tēpus: & æuam ab ipſo patre deo:
 cui æqualis in omnibus genitus eſſet: deoq̃ ſpiritu ſancto: qui & deus eſt: ab
 ipſoq̃ & patre: quæ tria unum ſunt coeternæ: manante i utero Mariæ: ſem-
 per uirginis: cōceptus eſſet: in tēpore: qui ſamē: qui ſitum: qui labores: a ſuis
 uigiliis: perpeſſus eſſet: qui demum pro contractis ab adē ſemine ſordibus
 niſis ablundis: proq̃ referanda ianua cæli maxima: qua genus humanum
 charitate compeſcitabatur: precioliſſimum ſanguinem: & ſponte: & libentiſ-
 ſime in ara crucis effuſiſſet: ceteraq̃ id genus recenteri quidēq̃ ſolita: Non
 modo ſe credere: ſed & certum eſſe: reſponderit: & item illud cum Alberto
 pio ſororis filio: quem nominauimus inter huius uitæ initia: iuueni: & inge-
 mo: & bonarum artium ſtudio: & moribus conſpicuo: eadem ratione qua
 Alexander ex aphrodiſiade: & themiſtius in auſcultatoriorum librōrū pro-
 emio fortitudinem e phyſicis contemplationibus: ſumi contra mortis metū
 declarauit: quam mox ſententiam uſurpauit Auerois: conātī inq̃ Alberto
 mortis conſinia reddere placabiliora: in hunc modum uerba reddiderit. Nō
 illa dumtaxat ratione pacari animum: non ſinē mortis cruciatibus poni: ſed
 hac potiſſimum q̃ dei ſui offeſſis: terminus iam poneretur: quando breui-
 uſculum uitæ eius tempus: crebriores i deum offeſſas: non contenturū arbi-
 traretur & illud præterea: quando pluribus ex predicatorum collegio: pro-
 batiffimis reſtibus: & Alberto ipſo paulo ante citato: reuelauerit. Cæli regi-
 næ ad ſe nocte aduentaſſe: miro fragrantem odore: membraque omnia ſe-
 bre illa contuſa: contractaque: reſouiffe: ſeq̃: morti omnino non conceſſurū
 pmiſiſſe: Hilari placidoq̃ ore i ſtrato: dū ægrotaret: iacuiſſe cōperit ē. Atq̃
 iter mortis aculeos: quos ſuſtinebat: q̃ſi cæcos ſibi patefactos cerneret: loq̃ ſo-
 litū: ſalutateſq̃ oēs & operā ſua: ut moris eſt: pollicentes blandiſſimo ab eo.

sermone & receptos & excolatos. Ab seruis item omnibus / si cui molestus forte
 fuisset / ignosci sibi postulasse certiores facti sumus / quibus ante acto anno testamē
 to cauerat / Victum aliis / & tegumentum / dum uiuerent aliis pecanias pro mentis
 erogari / haeredes Florentini xenodochii pauperes instituit / eorum dumtaxat /
 zar quae moueri non poterant / Mobilium uero Antonium Mariam scierunt /
 Quanta uero molestia eius obitus infimos / & summos omnium gradus afflicent /
 testes sunt italicae principes / urbes & populi / Testes hi tegetes / quos supra citauimus
 Testis iterum Caroli galliarum regis benignitas & gratia / silentio non pretereun
 da. Cui cum Florentiam aduentanti / ut inde Romam peteret / Neapolitanum re
 gnum expugnatum / graui eum laborare aegritudine / nuntiatum fuisset / Duos sta
 tim medicos ad eum / legatorum etiamnum fungentes officio / uisitatum / & opitu
 latum / ipse transmisit / literasque / quas & uidimus / & legimus / propria subcri
 ptas manu dedit / plenas & humanitatis / & earum pollicitationum / quas & ma
 gnanimi regis beniuolentissimus animus / & praeclearae uirtutes aegrotantis exige
 bant / Ei quippe tum fama notissimus erat / tum quadam familiaritate coniu
 gus / Nam ab eo in galliis / dum paruos inuiferet / honorifice exceptus fuerat / cui
 uero qui eum dum uixit toti orbi / & multis / saeculis admirandum praestitit / ita
 eius obitum non minus celebrem / & in auditum celebrari decreuit / quo circa ea in
 praesentiarum referenda puto / quae meis aurbus hausi / dum Florentiae quo illius in
 firmitate percepta / licet non tempestiue / me contuleram / in ade sacra / quae sanctae
 Reperata dicitur / Hieronymum sauarolam Ferrantensem / ex predicatorum or
 dine / Virum & theologiae consultiissimum / & praedarissimum / sanctissimumque
 sanctimonia / sacras habentem ad Florentinum populum conciones / audirem / Sed
 prius sacrarum litterarum ignarus / Apulei uerbis / admonere consilium est / Ne cras
 sis aurbus / & obstinato corde / ea putent mendacia / quae auditu noua / uel uisu ru
 dia / uel certe supra capsum cogitationis ardua uideantur / quae si paulo altius ex
 plora uerint non modo compertu euidencia / Verum etiam tactu facillima sentient
 Is igitur e pulpito declamatis / quae sum dicturus cunctis qui aderant / insinuauit.
 Arcanum tibi o Florentia pandendum est / quod equidem ita uerum est / quam p
 uerbum illud apud te frequens Ioannis euangelium / Subiciuissem profecto / Sed
 ad dicendum compellor / & qui mihi precipere potest / ut haec palam facerem / impe
 tauit / Neminem potro uestrum puto fuisse / qui Ioannem Picum Miradulam no
 nouerit / magnis ille a deo beneficiis / magnisque gratiis cumulatus / Multifana q
 peditis disciplina fuerat / Nulli forte mortalium tam celebre obtigit ingenium /
 Magnam in eo iacturam fecit ecclesia / Arbitrarer / si diuinus ei uirae spatium proro
 gatu fuisset / cunctos q octingentis ab hinc annis decessere / ob scriptioſū monumē
 ta / q reliquisset / excelluisse / hic mecum obseruari solitus erat / secreta palā facer / ex quibus
 nouerā / iternis eū locutiōibus a deo ad religionē citari / unde afflatus fuisse obse

Obitum eius
 oēs gradus
 hominū mo
 lestia afflic
 le.

Laus fratris
 uenarolae
 Apuleius

Verba fratris
 hiero.

qui cupiens non semel obtemperare propofuerat . Verum diuinis beneficiis male gratus uel ab fenfibus euocatus detrahebatur labores (delicate quippe temperate fuerat) uel arbitratus eius opera religionem indigere differbat ad tempus hoc tamen non ut uerum / sed ut ame coniectatum / & prelumtum / dixerim / Ob id duobus ei annis flagellum interminatus fum / si opus / quod ei deus patrandum propofuerat / negligenter exequeretur / Rogabam facer deum identidem / ut caesus aliquantulum uiam / quae ex alto eidem offensa fuerat tandem capeferet / Nō hoc quae fuit / quo perculsus est / non hoc putaueram / at id deo decretum fuit / Ut uir tam hanc relinqueret / preclaręque coronę in caelis preparatae partem amitteret / famamque / & nominis celebritatem / quae ad summum cumulum / si uisisset / fuerat habiturus / ad plenum non affequeretur . Verum benignissimus iudex / clementissime erga ipsum se habuit . Atque ob elemofinas larga & effufissima manu pauperibus elargitas / & orationes / quae ad deum / instantissime effufa sunt / effectum est / ut nec eius anima / in sinu patris / adhuc super calos exulret / nec ad inferos deputata perpetuis tormentis crucietur / Sed purgatorio igni ad tempus mancipata temporarias penas luat / quod in hac parte libentissime dixerim / ut qui cum no / uerunt / & hi potissimum / qui eius beneficiis cumulati fuere suffragis adiuuent / Hac & plura alia / uir dei dara uoce asseuerauit / Se addens non latuisse / obrem / data ei / si quae uiscerentur / uerbi dei precones dignos effici de quibus ater num summeretur supplicium / nec non adiciens diebus aliquot / haec sibi iniunuer / sum fuisse comperta / Sed propter uerba quae uirginem dixisse sibi agrotus affirma uerat / notabundus stetit / formidasseque diu / ne ille demonum opera fuisset illu / sus / quando ob eius mortem uirginis pollicitatio frustraretur . Verum tamen inno / tuisse sibi defunctum / aequiuocatione mortis deceptum . Cum illa de secunda & aeterna locuta fuisset . Hic de prima & temporaria credidisset / quod si quis dixe / rit hominem hunc uel hypocriti fuisse mentitum / uel fantasmarum ludificarum / uel daemonum prestigii circumuentum / Is nisi aut male de fide sentiens / aut mentis emotus sit / fateatur necesse est / deum multifarie sollicitatem eorum miseriamque / qui animam effudissent uiuentibus / & reuelasse tam / & reuelare posse . Eodem q̄ tēporis spacio / eos quibus haec palam sunt certiores reddere / se non a uis / aut spe / tris illud / sed uera esse / quae aut mente / aut oculis cernant & uideant . Tanta ue / ro & doctrinā & auctoritatis uirum tanta probitatis & prudentię / quotū in Acti / stotelis philosophiam / compendiarie theoremarum / monitiones publice / preclarissi / ma interpretantur / in sacra eloquia / futuroꝝ contingentiū / pdictiōes / quae euenisse ad lineam / omnis fere nouit Italia / sanctissimaeq̄ uirae cōuersatio / testatissimam pri / dem fecere fidem / in principe templo tam celebratę urbis / hac ut uera / ut inconcus / sa tenenda / tot millibus hominum ueritate non comperta pronuntiasse / nemo nisi maleuolus inficiabitur . Adde q̄ dum non nihil super id negocii sollicitaret uirū

Elemofinā

Status alia

Duplex mort

Laus doctri
nae & probita
tis / fratris huius
ronyni

qui sermone iterfuerat: ad illi concionatorem audiui: ac eidem: ut ea plus haberet
roboris: quae uulgauerat retuliffem defunctū uallatum igne sibi apparuisse: & p
fessum ingratiuidinis adhuc penas dare. Quinetiam monacha quaedam multis
pcedara uaticiniis: quaequiplū dum uiuere multa futura praedixit: quae ad amufim
e uenere: inter reliqua: Hoc unum protulit biennio anteq̄ e uita migrasset: cum li
liorum tempore opera & hortatu fratris Hieronymi (de quo mentionem fecimus)
predicatorum fratrum collegio se dicaturum. Eodemque tempore Florentinam
quidā familiam (quam paſſiam nuncupant) tunc exulantem: ad patriam reditu
tam complures ad quos haec fama peruenerat: super hac liliorum nomenclatura
demirabantur: loqui eam arbitantes de uerno tempore quo illa floreat. Sed li
lium hoc galliarum regem exiſtiſſe conaptum est: qui pridie q̄ ille religionem
profiteretur: ita enim uouerat anteq̄ moeretur: & quatriduo poſtq̄ e totis illa fa
milias se contulit in urbem patriam: magno comitatu Florentiam ingreſſus est: iter
perheturiam faciens: neapolitanum regnum ui & armis in ditionem uindictu
rus. Verum anteq̄ finem faciam praefari iterum pauca in calce operis non inutile
puto. Videor enim mihi uidere ad reuelationes has: ueluti ad lunae umbram hau
bantes meloſſos: quibus adhuc offula (prioꝝ fortasse non contentis) obici
enda est: ne frustra laetrabibus aera uerberent: Video item dementibus excuti riſū:
Video his qui ſcioloſe arbitrentur: ſummoueri ludum: qui forte ob non: perſolu
tum religionis uotum igne torqueri animas non debere contendunt: nec diuino af
flatos ſpiritu tempeſtate noſtra reperi homines: qui Chriſti colloquiis perſuau
tur: At ſi peccata non morte: ſed uenia digna purgatorio igni eſſe pleſtenda arbi
trarentur: iuſtos & penas dare non mirarentur: Item ſi ſeruum qui uoluntatem
domini ſciens non adimpleuit: teſte ueritate: multis uapulaturum non ignoraue
riat: hunc qui dei uoluntatem nouerat & implere diſtulit: & ſi a noxiis quibusque
aliis fuiſſet imunitis: ſupplicia luere non extaſim proderetur: Alia ex parte tradē
& infulſam eorum aſtutiam mirari ſatis non poſſum: qui cum Chriſtum pro homi
nibus mortuam credant: eodem homines alloqui eundem facile poſſe non credāt
Vehementioꝝq̄ argumento uirginis matris: angelorumq̄ beatorum ue hominū
ſpirituam aſſaribus participes: eodem mortales homines non poſſe fieri: animad
uertendum eis proſecto ſocer inferiora omnia per ſuperiora gubernari: Dionyſio
etiam areopagita teſte: in libro de Hierarchia caeleſti: ſeparatiſque mentibus infe
rioris gradus & natura: quibus hominum cura demandata eſt: per ſuperiores mē
tes: quae iterum uel a ſupremis: uel ab ipſo deo diuina myſteria hauriant: illiusina
ri hominesque diuino aſſatos ſpiritu eaſdem reuelationes accipere: hominū mul
titudini cum expedire patefaciendas: ſacroſancta haec diuinitatis lex: quod ab eodē
Dionyſio libro caeleſtis Hierarchiae edocemur ut per prima ſequentiā ad auguſtiſſ
ſamam lucem ſubuehantur: ignari proculdubio ſunt diuinarum literarum: inleſē

tis quoq; & puicacis ingenii nam i illis conspicitur diuina futura mysteria non tantu per bonos sed p scelestos homines: & pseudo prophetas quidoque patefac/ta: quid prohibet hunc fidem non hēre q; & doctrina & tot uirtutibus pollet: mul/taque iam futura: quae nunc euenire praedixit: & hoc non somniculose testatus sed asseueranter affirmans. Adde q; Aristotelis philolophia his non reclamet: & pla/tonica suffragent licet pro graui testimonio nisi scripturae diuinæ auctoritatem non acceperim: sed extranea haec quandoq; citare non absurdum est: Vt maleuolorum cala in auctores maiore ui: q̄ ueniant: reuertantur. Verum ad nosmet ipsos iam redeundum est: quibus non tam mendandum est: q; talem a simimus: q̄ qd ha/buimus: & habemus gratias agendum regi: cui uiuunt omnia Quippe mortalis uitae munere perfunctus: diuq; cum habitantibus cedat: quos luce non pauca per/ fuderat: conuersatus inaccessibile: & inhnitum supernae patriae lumen iam iam in/grediens ineffabili diuinitate nobis etiam in dies laturus opem sine fine fruetur.

FINIS

HEPTAPLVS IOANNIS PICI MIRANDVLAE DE SEPTIFORMI
MI SEX DIERVM GENESEOS ENARRATIONE AD LAVRENTI
VM MEDICEM.

PROHEMIVM

OVTT AEMVLATIO ME STVDIORVM TVORVM

Laurenti Medices ut archana Moſeos uolumina recenſerem:
Cum ſuperiore hyme quantum oculi dabatur a re. p. non alibi
te magis aut libentius operam ſummere q̄ in ea lectione ani
maduerterem. Tum eodem quoq; priuata ratio ſubſiſſiuit:

Quoniam operti alteri meo tuo quidem auſpicio iam pridem:

ſed & in tuū nomen creſcenti quo Dauidicos hymnos a. LXX. uerſos interpreti
bus & in eccleſia iugiter perſonantes nō modo a ſuſpitione omni calumniaq; aſſe
rere: ſed interpretamēti quoq; ſacibus illuminare tentaui: nulla proſus utiliter tra
ctatio: nulla fructuoſior q̄ eorum librorum: nulla ruruſ conſentanea magis (aut
ut uerius dixerim) neceſſaria reperitur. Accidit autem per hos dies ut in mundi ſa
brica & celebratis illis operibus ſex dierum fuerim aſſiduus. Quibus totius natu
rae ſecreta contineri ut credamus magna ſe rationes offerunt. Nam ut illud obmit
tam quod hae omnia propheta noſter deo plenus ac celeſti dictante ſpiritu totius
magiſtro ueritatis excipit: non ne eundem nobis cum noſtrorum tum ſuorum tū
gentium deniq; teſtimonia proſus humane ſapientiae doctinarumq; omniū &
literarum conſultiſſimum prodiderant? Extat apud hebreos Salamonis illius co
mmento ſapientiſſimi liber cui ſapientia titulus nō qui nunc in manibus eſt Phi
lonis opus: ſed alter hieroſolyma quam uocant ſecretiore lingua cōpoſitus in quo
uie naturae rerum ſicuti putatur interpres omnem ſe illiuſmodi diſciplinam ſeruetur
de Moſaice legis penetralibus accepſiſſe. Sunt item quantum attinet ad noſtros &
Lucas & Philon auctores grauiſſimi illum in uniuerſa egyptiōi doctrina fuiſſe
erudiſſimum. Egyptiis autem uſi ſunt preceptoribus graeci omnes qui habiti di
uinioreſ Pythagora: Plato Empedocles & Democritus. Notum illud Numenii
philoſophi non aliud eſſe Platonem q̄ anticum Moſem. Sed & Hermippus pytha
goricus atteſtatur Pythagoram de Moſaica lege plurima in ſua philoſophiam
tranſuſiſſe. Quod ſi rudis in ſuis libris & popularis interim Moſes potius q̄ aut
philoſophus aut theologus aut magne alicuius ſapientiae artifex apparet: Reuoco
mus eo mentē fuiſſe ueterū ſapientū celebre inſtitutū res diuinas ut aut plane nō
ſcriberēt aut ſcriberēt diſſimuliter. Hinc appellata myſteria nec myſteſia quae nō
occulta: hoc ab indis: hoc ab ethiopiſibus quibus de nuditate cognomen: hoc ab egypti
is obſeruant. Quod & Sphingis ille pro templis inſinuabant. Ab eis edoctus
Pythagoras ſilentii lactus eſt magiſter nec ipſe quocquam litteris mandauit preter
omnino pauca quae Dame filie monens cōmendauit. Nō enim quae circumferun
tur aurea carmina Pythagorae ſunt ut uulgo etiam doctioribus perſuaſum ſed phi

In Moſeos ge
neſi totius na
turae eſſe my
ſteria.
Doctiſſimus
Moſes oīum
teſtimonio .
Legimus li
ber ſalamōis
q̄ d̄ ſapientia
Quare rudis
Moſes & po
pularis appa
ret
Inſtitutū an
tiquoſ: ſci
bēdis diuinis
Myſteſia
Gynnophi
ſte
Egypti
Pythagoras
Aurea carmi
na
Philolaus
Pythagorici
Lyſis
Hiſſiparchus

Lysis Hip-
 parchus
 Ammonius
 Origenes
 Plotinus
 Herennius
 Porphirius
 Mos scriben-
 da Platonis
 Iesus christus
 Euangelium

lolai. Legem deinceps eam pithagorici religiosissime tutati sunt. Eam lysis ab hip-
 parcho uisatam queritur. In eâ deniq; iustos Ammonii discipulos origenē Mo-
 tinum & Herennium Porphirius est auctor. Plato nos ter ita inuolucris enigmatū
 fabularū uelamine mathematicis imaginibus & sub obscuris recedentium sensuū
 inditiis sua dogmata occultauit: ut & ipse dixerit i epistolis neminē ex his quæ scri-
 pserit suam sententiā de diuinis aperte intellecturū & te minus credentibus cōpro-
 bauent. Quare si ob id Moses lectionem uelut occultatam putamus q; nihil ha-
 beat in primori fronte non uulgarium non rude dānemus eodem casū. antiquos
 omnes philosophos ruditatis & ignorantie quos totius sapientie magistros uene-
 ramur. Quin idem obseruatū in ecclesia cernimus. Iesus christus imago substan-
 tiæ dei euangelium non scripsit: sed predicauit. predicauit autē turbis quidē in pa-
 rabolis seorsum autem paucis discipulis: quibus datū erat nosse misteria regni cœ-
 lorum: palam citraq; figuras: Ne q; omnia paucis illis: quia non omnīu capaces:
 & multa erant quæ portare non poterant donec adueniens spiritus docuit omnem
 ueritatē. Discipuli domini tā pauci electi de tot millibus multa serre non poterant
 Turba omnis israelitica factores cœci macularū opitiones seru analle: quibus om-
 nibus legenda lex tradebatur totius Moisaice uel diuine potius sapientie serre onus
 potuissent. Ille quidem in montis sublimitate monns utiq; illius in quo & domi-
 nus saepe discipulos alloquebatur diuini solis lumine collustratus tota facie mirū
 in modum splendebat: sed quia lucem serre non poterat populus oculis cœciti-
 entibus & nocturnis uelata facie illis uerba faciebat. Redeamus ad nostros. Scri-
 psit Matheus primus euangeliū: & ut inquit propheta abscondens in corde suo dei
 eloquia ne peccaret: ita solū quæ ad christi humanitatē attinebant historia prose-
 quutus est ne interderet obliuione memoria rerū gestarū ut propterea in mystis
 eo Ezechielis spectaculo per hoīem figuratū illū intelligamus. Ioānes qui præ oī-
 bus maxie diuinitatis secreta reuelauit tribus pridē uulgans euangelis & a domi-
 ni cruce multis exactis annis cœctus loqui quæ diu tacuerat ad abolēdā heresim
 ebionitarū quæ christū hominē nō etiā deū asseuerabat de aeterna sili generanōe
 sed paucis: sed obscure pronūciauit. Inde exortus. In principio erat uerbu. Paulus
 corinthiis negat solidū cibū propterea q; adhuc carnis legibus uiuāt nō autē spū-
 itū & ratū insinuatū fuisse scribit ecclesiis ne dogmata secretiora per litteras: sed uo-
 ce tantū his qui rite essent initiati cōmunicarent. Hac pluribus sū prosecutus
 qd̄ sunt multi q; Moyses liberū ducto argumēto derudi cortice uerborū tanq̄ aliqd̄
 de medio & triviale contēnant & aspemēt nihilq; apud eos minus credibile q̄ ha-
 bere illū in recessu diuinius aliqd̄ q̄ qd̄ fronte promittat. Quod si satis ē confuta-
 tū tā illud credita facile licubi de natura de totius opificio mūdi tractatū ab eo. i.
 si qua in parte operis sui uelut agn cuiuspiam sint ab eo thesauri de solū omnis uere
 philosophiæ: Factū in primis hoc in hac parte ubi uel ex plesso de ter. osum ema-
 natione a deo de gradu: de numero: de ordine partium mundanarum altissime

Cur uelata
 facie Moses

Cur uelata facie Moses: quia non omnīu capaces: & multa erant quæ portare non poterant donec adueniens spiritus docuit omnem ueritatē. Discipuli domini tā pauci electi de tot millibus multa serre non poterant Turba omnis israelitica factores cœci macularū opitiones seru analle: quibus omnibus legenda lex tradebatur totius Moisaice uel diuine potius sapientie serre onus potuissent. Ille quidem in montis sublimitate monns utiq; illius in quo & dominus saepe discipulos alloquebatur diuini solis lumine collustratus tota facie mirū in modum splendebat: sed quia lucem serre non poterat populus oculis cœciti-entibus & nocturnis uelata facie illis uerba faciebat. Redeamus ad nostros. Scripsit Matheus primus euangeliū: & ut inquit propheta abscondens in corde suo dei eloquia ne peccaret: ita solū quæ ad christi humanitatē attinebant historia prosecutus est ne interderet obliuione memoria rerū gestarū ut propterea in mystis eo Ezechielis spectaculo per hoīem figuratū illū intelligamus. Ioānes qui præ oī-bus maxie diuinitatis secreta reuelauit tribus pridē uulgans euangelis & a domini cruce multis exactis annis cœctus loqui quæ diu tacuerat ad abolēdā heresim ebionitarū quæ christū hominē nō etiā deū asseuerabat de aeterna sili generanōe sed paucis: sed obscure pronūciauit. Inde exortus. In principio erat uerbu. Paulus corinthiis negat solidū cibū propterea q; adhuc carnis legibus uiuāt nō autē spū-itū & ratū insinuatū fuisse scribit ecclesiis ne dogmata secretiora per litteras: sed uoce tantū his qui rite essent initiati cōmunicarent. Hac pluribus sū prosecutus qd̄ sunt multi q; Moyses liberū ducto argumēto derudi cortice uerborū tanq̄ aliqd̄ de medio & triviale contēnant & aspemēt nihilq; apud eos minus credibile q̄ ha-bere illū in recessu diuinius aliqd̄ q̄ qd̄ fronte promittat. Quod si satis ē confuta-tū tā illud credita facile licubi de natura de totius opificio mūdi tractatū ab eo. i. si qua in parte operis sui uelut agn cuiuspiam sint ab eo thesauri de solū omnis uere philosophiæ: Factū in primis hoc in hac parte ubi uel ex plesso de ter. osum ema-natione a deo de gradu: de numero: de ordine partium mundanarum altissime

Matheus pri-
 mus euange-
 lium scripsit.
 Ioannes

Matheus pri-
 mus euange-
 lium scripsit.
 Ioannes

Ebionita
 Paulus
 Dionysius

Ebionita
 Paulus
 Dionysius

Inter omnes
 Moyses li-
 bros hunc est
 ptecipuum

Inter omnes
 Moyses li-
 bros hunc est
 ptecipuum

philosopharum. Propterea fuit decretum veterū hebreorū cuius etiā meminit hieronymus ne hęc mūdi creatiōe quālibet nūi matura usq; aetate attingeret. Videbor igitur fortasse fecisse opere p̄nū si imoratus diutius exactiore cura & opusculo ut licet p̄ nostrā imbecillitatē studio rimatus sū intellectū Mosaicę lectionis. In cuius enarratione cū p̄ multos elaborasse Latinos Græcosq; uiderē: Præterea Caldeos & hebreos interpretēs ueteres nouosq; prope innumerabiles ne cogitare quidē audebā nouū aliqd̄ super hac re uel scribere uel cōmentari. Ceterū meminērā cautiū Mosaicę legē ne quis agnī suam penitus totūq; demeteret: Sed in tactū ex eo portione pauperibus & egenis relinqueret q̄ mergeres inde & manipulos ad famē tollerēdā sibi acciperent. Hoc cū uenisset in mentem sagacibus oculis lustrare cępi latissimos prophete cāpos indagaturus an cū doctissimā interpretēs nō minus cultores legē suerint q̄ interpretēs iuxta legē edictū intactam partem aliquam reliquissent nobis ut posse infirmioribus demetendam: Vnde mihi ego quocūq; uel pauculas spicas decerperem imponendas aris ecclēsię quasi primitias frugum ne a priuilegis templi ceu non uerus israelita ceu penitus a symbolo eliminaret. Successit ex uoto res nō q̄ possum equidem quicquid quod illi non potuerunt: sed quod & illi de legē precepto noluerunt industria posteriorū uiam prestare: & ea insuperest agri uasitas ea fecunditas ut par illi frumentatorū numerus nullus esse possit: ut q̄q; & infirmitate lere & ualentissimę opere in eo se totis uiribus exercuerint: dicere tamen eū gelicū illud adhuc possumus: Messis multa operari pauci. Quę igitur super hoc libro uiri sanctissimi Ambrosius & Augustinus: Scrabus irem & Beda & Remigius & ex iunioribus Egidius & Albertus: Quę item apud Græcos Philon Origenes Basilus Theodoretus Apollinarius Diodorus Diodorus Scuerus Eusebius Iosephus Gennadius Chrysostomus scripserunt intacta penitus a nobis relinquentur: Cum & temerarium & superfluum sit in ea se agri parte infirmum hominem exercere ubi se pridē robustissime mentes exercuerūt. De his itō quę uel Ionetes uel antheos uel Simeon antiquus Caldaice tradiderunt uel ex hebreis aut ueteres Eleazarus Abs Ioannes Noonias Isaac Ioseph: aut Iuniores Gersonides Sadias Abraham ueterq; Moses Salomon & manam conscripserunt nullam nos in presentia mentionem habebimus. Affertimus autē præter hæc omnia septē alias expositiones nostrā inuēta & meditata: in quibus illud primum curabimus euincere si poterimus tres difficultates cum quibus uideretur his omnibus q̄ enarrandum librum hunc suscipere magna & difficilis fuisse colluctatio. Prima est ne quid aut minus sufficienter aut parum doctē & sapienter a Mose dictum uideatur. A qua se quidam hoc pacto exoluerunt: quod idcirco neq; dixit de omnibus neq; attulit grædia & sublimia quia rudi populo loqueretur qui non erat intelligentiæ omnium satis idoneus. Nos credere possumus latifficetum rudibus auditoribus si lumen scientiæ quod introspicere sapientes crassioribus uerbis quasi cornea testa circumdatam obtulerit ne hebetiores inde oculi perstringerentur: Attulerit ergo lumen ut sanis occupis proficeret: inclusum tamen & uelatum attulerit ne lippientibus officeret. Neq;

Hieronymus
Cur ausus scribere possit tot interpretēs.

Latini interpretēs
Græci interpretēs
Nō se allatum ex huius q̄ alii attulerūt
Caldei interpretēs
Hebrei interpretēs
Septem nouarū expositiones
Tres difficultates in huius libri enarratione
Prima
Secunda difficultas

- Secunda dif-
ficultas enim minus ille aut debuit aut potuit aut ueluit iuuare doctos q̄ indoctos. Secū-
da est difficultas ut tenor idem sit interpretamenti sibi contentiens ex se aptus &
uno quasi ductu tota series a quo primitus sensu proficiscitur in eundē illum qua-
si memor proposui referatur. Nec si fortasse hoc de ideis loquentem introducamus
proxima clausula de elementis agere uel de homine illum uelimus. Arbitrarium
hoc & uidentium genus expositionis. Quod euitare tamen in huius libri enarra-
tione impossibile multis ne dicam difficile operosum profecto omnibus usum ē.
Quam diffi-
cile factu qd̄
aggreditur Tanta est perplexitas tanta ambiguitas: tanta uarietas uniuerse lectionis. Vide
quanti laboris q̄ non factu sit facile ad quod animo nos concepimus (utinā conse-
quamur) ut non uno duntaxat sed septemplici sensu a capite semper nouum opus
& exorsū perpetuū & impromiscuū expositionis ordine totam hāc mundi creationē:
Tertia diffi-
cultas nihil usi priorum opibus interpretemur. Tertia difficultas in hoc uelatur ne ex-
traneum aliquid uel prodigiosum uel alienum a rerum natura quæ nunc conspici-
tur & a ueritate quam a philosophis melioribus conperitam nostri etiam receperūt
asserentem prophetam Immo per prophetam diuinum spiritum faciamus. Cur
autem septem a nobis allatae expositiones: quæ ratione susceptæ: quod nostrum cō-
filium: & quæ necessitas nos ad eas impulerit: Quid omnino sit nouum hoc quod
asserere molimur sequenti capite palam faciemus. In quo illius qui de hac materia
i. de mundi creatione absolutissime: ad nature ipsius emulationem sit scripturus
ideam pingentes conabimur tum in sequentibus te comprobare: p̄phetam no-
strum ab illa nihil quasi ab archetypo decidisse: Sed assequutum omnibus nume-
ris ita ut nihil aliud protali idea q̄ ipsemet proponendum sit omnibus & magni-
tudinem eius admirari omnes facilius q̄ estimare pro dignitate possimus. Deben-
tur autē tibi hæc nostra qualiacunq; sine adhuc radimenta nostra iuuentatis Lau-
retū uir clarissime uel quia sunt mea qui tibi me ipsum sempiternum dedi & uoui
uel quia hoc ipsum tu nobis in quo sunt nata scilicet seculi recessus oeci parasti. Quod
interuentu etiam crebro uel assiduitate potius Angeli Politiani familiaris tui con-
datur: cuius amorem & fertile ingenium q̄ antea flores literarum uarios extule-
rat tam nūc ut arbitror solidam philosophiæ maturamq; adeo frugem pollicetur.
Accedit q̄ consuetum est cum his quos amamus uel colimus festum aliquid aut
letum euenit non solum uerbis congratulari sed aliquo etiam munere laete ut sic
dixerim illorum felicitati & testatam apud eos facere letitiam animi nostri. Opoe-
tune igitur nostra hac lucubratio ad te uenit quo tempore Ioannes filius ea arate
qua nemo antea summo christianorum ordinum collegio a Pontifice summo In-
nocentio. viii. destinatus est: & indole ipsius quæ de se bona omnia promittit & tu-
is meritis tuarq; auctoritate id sibi iure & merito postulantibus. Reliquam ut opte-
mus dignum se ille exhibeat hac dignitate. Quod fecerit sequem & patrem & di-
gnitatis auctorem habuit eundem uitæ exemplar idē prudentiæ totiusq; uirtu-
tis habuerit. Vale.

ALIUD PROHEMIUM TOTIVS OPERIS.

RES Mundos figurat antiquitas: Superiorem omnium ultramunda-
 num quem theologi angelicum philosophi autem intellectualem vo-
 cant: quem a nemine sanis pro dignitate decantatū Plato inquit in phe-
 do. Proximum huic caelestem: postremum omnium sublunarem hūc
 quem nos incolimus. Hic tenebrarum mundus: ille autem lucis: caelum ex luce &
 tenebris temperatur. Hic per aquas notatur fluxa instabilisq; substantia: ille p ignē
 lucis candore & loci sublimitate: calū natura media idcirco ab hebreis a sciamaim
 quasi ex es & maim .i. ex igne & aqua quae diximus compositum nūcupatur. Hic
 uitae & mortis vicissitudo: illic uita perpetua & stabilis operatio: in celo uita stabi-
 litas operationū locortiq; uicissitudo. Hic ex caduca corporū substantia: ille ex di-
 uinae mentis natura: caelum ex corpore: sed in corrupto ex mente sed mācipata coc-
 porū constituitur. Mouetur tertius a secundo: secundus a primo regitur: & sunt prae-
 terea inter eos differentia plurimae quas hūc enarrare non est consilium ubi hac p-
 terfluimus potius q̄ inundamus. Hoc non pretermiserim figuratos hos mundos
 tres a Mose euidentissime in admirabilis illius tabernaculi sui constructione. Par-
 titus est enim tabernaculum in partes tres: quarū singule singulos quos diximus
 mundos representare expressius nullo modo possent. & n. prima pars nullo defen-
 sa tecto uel umbaculo imbrebus niui solibus calori frigoriq; obuia erat & oportu-
 na: & q̄ est nostri .i. sublunaris mundi euidentius simulachrum inhabitabant eam
 non modo homines mundi & immundi facti & prophani: sed & omnisfari generis
 animalia erant in ea uel ob sacrificia iugēsq; imolationes uitae & mortis perpetua
 uicissitudo. Reliquae duae partes ambe obiectae & undiq; ab omni peregrina inu-
 ria libere quemadmodum & uterq; mundus tam caelestis q̄ supercaelestis: nec inu-
 ria capax nec cōtumeliaz. Ambe itē sanctitatis nomine honestata: ita tamē ut quae
 erat sanctior sancti sanctorū: reliqua sancti tantū titulo decoraretur sicuti quāuis
 & caelestis & angelicus mundus uterq; sanctus: quoniam supra lunā post luciferi ca-
 sum nec macula nec peccatū aut est aut esse potest: angelicus tamen caelesti longe
 sanctior & diuinius habetur. Sed qd remotiores has liminalidades prosequimur? Nā
 si postrema pars tabernaculi erat hominibus & brutis cōmunis: serū dā: quae tota
 auri splendore fulgebant candelabru illuminabat sepe lucernis distinctū quae ut di-
 cūt oēs interpretes latini graeci & hebrei sepe planetas significat: In parte tertia om-
 niū sacratissima: alata cherubin erat nō ne nostristres mūdōs oculis subiciunt / &
 hūc quē & bruta & homines incolūt & celestē in quo planeta: contuscant & super-
 celestē habitaculū angelorū. Admonemur autē hanc etiā alioris euangelici sacrē-
 mēti. Nā quoniam nobis ad mūdū supercaelestē ad angelos: cōsōrū referata est uia
 per xpi crucem & sanguinē idcirco illo occumbente fissum est uelum templi quo
 sancta sanctorū per quae angelicū diximus mūdū significari ab aliis partibus didu-
 debāt. Quod fuit iudicio patere iam aditū homini ad dei regnū ad deum ipsam

Triū mūdo-
 rū gradus &
 differētia
 Mundus an-
 gelicus
 Caelestis
 Sublunaris
 Cui caelū ab
 hebreis a scia-
 maim dictū

In taberna-
 culo Moyses
 tres mundos
 figuratos

Interpres la-
 tini graeci &
 hebrei

quid ueli scis-
 so in Christi
 morte signifi-
 cet

qui uolat super cherubin aditum ab initio ob peccatum primi parentis iustitia le-
 gibus oclusum. Hæc satis de tribus mundis in quibus illud in primis magnopere
 obseruandum unde & nostra fere tota pendet intentio esse hos tres mundos mū-
 dum unum: non solum propterea quod ab uno principio & ad eundem finem om-
 nes referantur: aut quoniam debitis numeris temperate & armonica quadam na-
 turæ cognatione atq; ordinaria graduum serie colliguntur: Sed quoniam quicquid
 in omnibus simul est mundis id & in singulis continetur: neq; est aliq; unus ex eis
 in quo non omnia sint quæ sunt in singulis quam Anaxagora credo fuisse opinio-
 nem si recte eū sensisse putamus explicatā deinde a pythagonicis & Platonici.
 Verum quæ in mundo sunt inferiori in superioribus sunt: sed meliore nota: quæ
 in inferioribus sunt in superioribus: in postremis etiam uiuantur: sed degeneri conditione
 & adulterata ut sic dixerim natura. Est apud nos calor qualitas elementaris: est i
 celestibus uirtus ex calfactoria: est in angelicis mentibus idea caloris. Dicā aliquid
 expressius. Est apud nos ignis quod est elementum. Sol ignis in celo est: rest in re-
 gione ultramundana ignis saraphicus intellectus. Sed uide quid differant. Ele-
 mentaris urit: celestis uiuificat: supercelestis amat. Est aqua apud nos: est aqua in
 celis huius motrix & domina uestibulū. L. odorum luna: Sunt aquæ & super celū
 mentes cherubice. Sed uide quæ in eadem natura disparitas conditionis humor
 elementalitatis uitæ calorem obruit: celestis eundem pascit supercelestis intelligit. In
 primo mundo deus unitas prima nouem angelorum ordibus quasi spheris toti-
 dem præest in mobilisq; ipse omnes mouet ad se. In mundo medio. i. celestis celum
 empireum nouem in eadem spheris celestibus quasi dux exercitui præest quæ cū sin-
 gule motu incessabili uoluantur illud tamen deum imaginans in motum est. Sūt
 & in mundo elementari post materiam primam ipsius fundamentum nouē spher-
 arum formarum corruptibilium. Tres. s. corporum uitæ expertium que sunt elemen-
 ta & mixta tum inter hæc media: que mixta quidem sed imperfecta quales in sub-
 limi que sunt impressiones. Tres vegetabilis naturæ: que in tria primum ge-
 nera diuiditur. herbarum fructicum & arborum: Tres animæ sensuales que aut i
 perfecta est qualis quæ in Zoophitis aut perfecta quidem: sed intra termines ira-
 tionalis phantasiae aut quod summum in brutis est humane etiam capax eruditio-
 nis: quod quasi medium est inter hominem & brutum sicut Zoophitum mediū
 est inter brutum & plantam. Sed de his plura q̄ opus sit. hoc tantum addiderimus
 mundorum mutuam continentiam sacris etiam litteris indicari: Cum & scriptum
 in psalmis sit qui creat celos in intellectu & angelos dei legimus spiritus esse & mi-
 nistros eius flammā ignis urentis. hinc sepe diuini celestia cognomena sepe et i
 terrena: dum nunc per stellas nunc per rotas & animalia. nunc per elementa figu-
 rantur: hinc & terrenis sepe celestia nomina. Quoniam. s. astricti uinculis conce-
 die uti naturas ita etiam appellationes hi omnes mundi mutua sibi liberalitate cō-
 donant. Ab hoc principio (si quis fortasse hoc non dum aduertit) totius sensus alle-
 gorici disciplina manauit. Nec potuerunt antiqui patres aliis aliā figuris decentet

representare nisi occultas ut ita dixerim totius natura & amicitias & affinitates et
 docti. Alioquin nulla essetratio: cur hoc potius hac imagine aliud alia q̄ cōtra res
 sentissent. Sed gnari omium rerū & acti (spiritu illo q̄ hac oīa nō solū nouit: sed fe-
 cit) naturas unius mūdi p̄ ea q̄ illis in reliquis mūdis nouerat respōdere aptissime
 figurabāt. Quare ea de opus cognitiōe (nisi idē ad sit & spiritus) his q̄ illos: figuras
 & allegoricos sensus interpretari recte uoluerint. Est autē preter tres quos narraui-
 mus quartus alius mūdis in quo & ea oīa inueniātur que sunt in reliquis. hic ip-
 se est hō qui & p̄pterea ut catholici dicunt doctores in euāgelio oīs creaturæ appel-
 latione cōtinetur: Cū predicandū hominibus euāgelii: nō aūt brutis & angelis: pre-
 dicandū tamē omni creaturæ a Christo demandatur. Tritū in scolis uerbum ē eē
 hominem minorem mundum: in quo mixtum ex elementis corpus & celestis spi-
 ritus & plantarū animā uergetalis & brutoy sensus & ratio & angelica mens & dei
 similitudo cōspicitur. Quattuor igitur hos mūdos si statuamus credibile ē Moſem
 dictū de mundo sufficienter: de his oībus differuisse: & cū naturam scriptorē effi-
 giet si sit nature consultius qualem hunc nostrum sequem alium credimus: credi-
 bile doctrinā de illis nō aliter dispositam q̄ in se ipsis illos omnipotens deus opifex
 disposuit: ut sit uere scriptura hac Moſeos imago mūdi expressa: quæa dmodū legi-
 mus etiā ei preceptū in monte ubi hac didicit ut omnia faceret secundum exemplar
 quod in monte uiderat. Primum igitur quod est omnium maximum sicut cōſe-
 dūmus quæ sunt in omnibus mūdis cōtineri in singulis: debuit Moſes emulatore na-
 turæ de nullo ulquā ex illis mūdis agere: quin sub eisdē uerbis eodēq; contextu de
 oībus simul pariter ageret. Vnde quadruplex statim totius moſaica lectiōis expo-
 ſitiō nascitur ut primo loco quicquid ibi est scriptū: de angelico mūdo & inuisibili
 nullā omnino de aliis mētionē habētes enarremus. Secūdo loco itidem omnia de
 celesti mūdo: Tum de sublimari hoc & corruptibili: Quarto de natura hominis:
 Nam si nusquā de intelligibili puta tractabatur: quia sicut ille in se postremas oīs
 naturas cōtinet: ita & eadē de reliquis mundis nos scriptura admoneati possumus
 certe immo debemus omnes particulas de omnibus interpretari. Rurſus sicut na-
 turæ q̄q; in se ipsis promiscuæ inuicem cōtineantur discretas tamē proprias sedes
 & peculiarias quæ adā iura sortite sunt: ita & si singulis in partibus presentis ope-
 ris de quadruplici natura eadē serie literæ differatur credēdū tamē prima i par-
 te de prima agi natura peculiaris atq; eodē ordine deinceps in reliquis: Vnde &
 quintæ exoritur expoſitiōis necessitas. Accedit quod qua ratiōe hæc sūt distincta:
 quia tamen nulla est multitudo quæ non sit una discordia quadam cōcordia ligan-
 tur & multifonnibus nexu quasi cathemis deuinculūtur. Quod cū toto etiā opere
 agere Moſem si uerſimile ad lextam iam nos interpretationē uel inuitos uocat.
 In qua ostendemus quindecim esse modos: Quibus rem aliā aliā cognatā uel cō-
 iūctā intelligere possumus: & cum neq; plures sint ita eos oīs & sufficienter & dilu-
 cidē a propheta expressos: ut nihil expressius unquam de rerum natura scripserit
 aristoteles. Postremo quæa dmodū sex diebus geneleos sabbatū succedit idēſt quia.

Quartus mū-
 dus
 homo omnis
 creatura

Quo pacto
 hō est minor
 mundus

De his omni-
 bus mundis
 tractasse Mo-
 ſem

Scripturam
 hęc imaginē
 esse nature

Nullā eē pec-
 cūlā opē in q̄
 simul nō tra-
 ctetur de oī-
 bus mūdis

Radix q̄dru-
 plicis expoſi-
 tionis

Radix quin-
 te expoſitiōis

Radix sexta
 expoſitiōis

Radix septi-
 mæ expoſitiō-
 nis

Congruū ut & nos post precedentiū a deo rey ordines distributos : & explicatam eorum unionem & differentiam federaq; & habitudines septima iam & sabbara (ut sic dixerim) enarratione de creaturarum felicitate; deq; redita ad deum qui per Moſaicam : & chriſtianam legem elongato inde ob peccatum primi parētis homini contigit aliqua perſtringamus; referētes quæ de his in preſenti ſcriptura Moſes apertiffime occultauit ut fiat palam de chriſti aduentu de eccleſiæ proſectu de gentium uocatione expreſſiſſimum hic uaticinium legi. Ut ſit uere hic liber: ſiquis alius talis: liber ſeptē ſignaculis obſignatus: plenus omni doctrina: oſibus miſſeris. Nō autē imutabimur eos qui aggreſſi aliquando hanc mūdi creationē exponere. Quicquid uſq; apud philoſophos & apud theologos de deo de angelis de materia de celo deq; tota natura diſputatum eſt: hic congeſſerunt. Quod apud hebreos maxime Iſaac Perſa & Samuel ophimides peccauerunt: Sed ſolum quid ſibi Moſaica littera uelit: Quid uerborum cōtextus uel indicet uel ſignificet declarare pro uiribus annitemur. Nec ſi oſtendimus per firmamentum puta octauam ſphæram ſignificari ſtatim de illa exordiemur diſputationem quo pacto rapiat ceteras ſphæras: quot ſignis diſtincta: quod imaginibus: ſimplici ne motu: an potius duobus an ueris tribus in diuerſa rotetur. Aut ſicubi diſtione aliqua indicari hominis animum dixerimus diſcedemur ad omnia quæ ſcribuntur de anima enudeanda ſed ea tantum de unaquaque re ſtriſtīm etiam & curſim annotabimus de quibus notationem auctor expreſſam facere uideatur. Duxi ſtriſtīm etiam & curſim: quia nō illud hoc opere eſt conſilium ut qui hæc alibi non didicerunt: hic primum diſcant: ſed ut quæ ſciunt iam eſſe uera in prophæta uerbis agnoſcant: & quæ immenſis uoluminibus diſta a theologis & philoſophis legerunt: quo pacto hic paucis & cōprehenderit & occultauerit intelligentes: reuelata facie legis latorem loquentem audiant. Quod ſiquis etiam forte actus ſpiritu ſanctæ tuſſicitatis non tam petita hæc alius myſteria non probauerit q̄ ſimplicioreſ potius & ſibi acommodatiorem optauerit ſacri contextus enarrationem lubebo cum prius meminiffe Pauli præcipientis ne aut qui manducat non manducantem ſpernar: aut qui non manducat manducantem iudicet: Tum ipſum non meis ſed Auguſtini in ipſa etiam ſua in geneſim expoſitione alloquar uerbis in hunc modum. hæc tu ſi potes apprehendas: ſi non dum potes relinquas ſtultitionibus. Tu uero cum ſcriptura non deſerente infirmitatem tuam & materno in ceſſu tecum tardius ambulante proficias: Illa enim ſic loquitur ut altitudine ſuperbos imideat: profunditate attentos terreat: ueritate magnos paſcat: affabilitate carnos nutriat. Sed redeamus ad nos & ab ipſo corruptibili mundo quem habitamus exordientes preſtemus quantum ſcilicet poſſumus quod polliciti ſumus. Alioquin & in magnis eſt fatis uoluiffe: & ut inquit Pomerius magnarum rerum magnus conatus: proſectus eſt.

Moſaica uerba exponenda.

Verba ipſa prophæta quæ exponenda ſuſcepimus hæc ſunt.

Iſaac perſa
Samuel ophi
nades

Scribi hæc e
ruditis nō tu
dibus phileo
ſophiæ

Paulus

Auguſtinus

Virtus ſcrip
tura

Pomerius

In principio creauit deus calum & terram: terra autem erat inanis & uacua: & tenebrae erant super faciem abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas: & dixit deus fiat lux & facta est lux: & uidit deus lucē q̄ esset bona: & diuisit lucem a tenebris appellauitq; lucē diē & tenebras noctem: factūq; ē uespere & mane dies unus. Dixit quoq; deus fiat firmamētū in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis: & fecit deus firmamētum diuisitq; aquas quae erāt sub firmamento ab his quae erant super firmamētū: & factū est ita: Vocauitq; deus firmamētū calum. & factum est uespere et mane dies secundus. Dixit uero deus congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum & appareat arida: & factū est ita & uocauit deus aridam terram: congregationesq; aquarum appellauit Maria: & uidit deus quod esset bonum: & ait germinet terra herbam uirentem: & facientem semen & lignum pomiferum facientem fructum iuxta genus suū: cuius semen in semetipso sit super terrā: & factum est ita & protulit terra herbam uirentem & facientem semen iuxta genus suum lignumq; faciens fructum: & habens unum quodq; sementem secundum speciem suam & uidit deus quod esset bonū: & factum est uespere & mane dies tertius. Dixit autem deus: Fiant luminaria in firmamento cali & diuidant diem ac noctem & sint in signa & tempora & dies & annos ut luceant in firmamento cali: & illuminent terram: & factum est ita: fecitque deus duo luminaria magna luminare maius ut praeset diei: & luminare minus ut praeset nocti & stellas & posuit eas in firmamēto cali ut lucrent super terrā: & praeset diei ac nocti & diuiderent lucem ac tenebras: & uidit deus quod eēt bonum: & factum est uespere & mane dies quartus. Dixit etiam deus producat aquae reptile animae uiuentis & uolatile super terram sub firmamento cali: Creauitq; deus cetera grandia & oēm animam uiuentem atq; motabilem quas produxerāt aquae in species suas: & omne uolatile secundū genus suum: & uidit deus quod esset bonum benedixitq; eis dicens. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris: auesque multiplicentur super terrā & factum est uespere & mane dies quintus. Dixit quoq; deus producat terra animam uiuentem in genere suo: iumenta & reptilia & bestias terrae secundum species suas: factumque est ita: & fecit deus bestias terrae iuxta species suas: iumenta & omne reptile terrae in genere suo: & uidit deus quod esset bonum & ait. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram & praefit piscibus Maris & uolantibus cali & bestis uniuersae terrae omnique reptili quod mouetur in terra: & creauit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam ad imaginem dei creauit illum.

Haecenus exponēdū Moſem suscepimus. Totā autē expoſitiōē i ſeptē libros ſuae tractatus partitus ſum: potius ut imitaret Baſiliū & Auguſtinū quā propterea qđ hac crebra diſtinctione quaſi interiuſgēs legentis intēſo recreaf. Accedit quod cū ſeptē ſint expoſitiones ſeptem libris digeſtae ſingulicq; libri ſeptem capitulis diuidantur ſeptem creationis diebus omnia reſpondent. Factum item a nobis ratione

Dies primus

Dies secundus

Dies tertius

Dies quartus

Dies quintus

Dies sextus

congruentissima : ut quædammodū septima dies apud Mosem labatū ē & dies quietis : ita expositio quelibet nostra septimo semper capite in Christū detinetur qui & finis est legis : & nostrū est labatū nostra quietes nostra felicitas.

EXPOSITIO PRIMA DE MVNDO ELEMENTARI.

Libri primi Caput primum.

De principis rerū corruptibilium	n	ATVRALES Philosophi qui de natura rerū corruptibiliū differunt de principis earū sic statuit in uniuersum : esse materiam rudē formam expertē idoneā quidē omnibus formis suscipiendis sua tamen natura omnibus priuatā : Quare præter materiam priuationē etiā faciunt principium rerū naturalium. Adiecit Aueros esse materiam trino dimensu in longitudine latitudine altitudinēq; pensam : ne scilicet res corporea de in corporeo subiecto hinc dicerent. Tum afferunt trāsmutātē causam quā uocant efficiētē . Cuius ut tractata materia : quod est potentia actū fiat aliquando quædammodū mellis cera & indefinita ductu manus atque tractatu in diuersas figuras pro tractantis arbitrio transformatur. Quoniam autē nihil natura temere agit sed boni alicuius cōsequendi gratia finalis causa se statim infert : & proximus quidē finis agentis causa forma est quam de materie gremio eruit. Hoc enim illam consilio agit & uersat ut ad perfectum habitum forme illam perducatur : unde & forma tertium principium ab Aristotele statutum . Hæc autem de materie linu educi non potest nisi affecta prius & preparata congruis qualitatibus : Circa quas totus opificis labor tota actionis mora consumitur ipsa scilicet specie indiuiduo momento quasi præmio laboris statim effulgente . Opificem ipsum causam potius quā principium uocant peripathetici. Diuincorum autem memores semper diuini Platonici admonitos nos uolunt naturales agentes causas : & si solæ appareant nobis quæ corpora agant formant & trāsmutent haud tamen primarias esse causas eorū quæ fiunt sed instrumenta potius diuinae artis cui obediunt & famulantur . Quemadmodū fabri manus & si ipse totam domus materiam ligna lapides cements componant ordinent & trāsmutent nihilque uideatur præter eas cui lætura domus accepta referatur nouimus tamen organum illas esse obediens arti & seruens quæ constituta in animo architecti domum quam simul concepit particularim digerit explicat que insensibili materia : hinc lætum ut ipsi duas causas adiciant organicam & exemplarē . Quod neq; negant peripathetici : Immo confirmant apud quos tritū illud : Omne opus naturæ opus esse intelligentiæ . hæc sunt quæ in commune dicuntur de rebus corruptibilibus : quæ omnia ita in opere primi dici complexus est Moses ut neque certus neque apertus de his quæquam dixerint philosophi probatissimi.
----------------------------------	---	--

Caput secundum.

Cælum Terra Stoici		Principio igitur duas statuit causas agētē & materiam eā . sc. q̄ actu et eā q̄ ē potētia illā cælū hanc terrā uocat cui nostræ expositiōis attestat primū auctoritas stoicorū q̄ agē
--------------------------	--	---

tē cām celi materialē terrā uocauerit ut scribit Varro ne graecos cōmemorē. Arte
 flatur & ratio. Nam & materia de spicatissima omnium naturarū uti est terrā om
 nium elementorum: & simili omnino proportione respondent: ut probant petipa
 thotici agens materia & terrā calum. Terra autem hanc idest materia inanis & ua
 cua ut transtulit Hieronymus uel ut septuaginta inuisibilis & incomposita: & hac
 quidem omnia rudi materis infortisq; conueniunt quae & experts formarū omni
 um merito inanis & uacua dicitur & omnino in cōposita & inuisibilis est. Verū he
 briacae dictiones tou & bou quae hoc loco leguntur a pluribus hebreis aliter expo
 nuntur. Tou quidē est brutam interpretatur stupentem attonitam. Quod ad ma
 teriz etiam tenebrosam deformemque faciem ab illis refertur: ob eam causam q;
 intendentes nos in illius cognitionē attonitos reddit: propter quod & Aristoteles
 proportione: & Plato notha ratione cognosci a nobis illam dixerunt. Bou autem
 ex ui dictionis incohationē & rudimentum formae multi exponunt. Idem enim
 si uerbū uerbō reddamus est bou ac si dicamus in eo est siue eo aliquid est. Quod
 si sequamur praeter subiecti potentia incohata in eo formā intelligemus. Quod
 non solū Albertus et plures peripathetici sed ueteres etiam hebrei crediderunt ut
 ex monumentis antiquissimi Simeonis aperte colligimus. Verum quo pacto
 haec sit incohatio accipienda declarat adiciens. et tenebrae erant super faciē abyssi.
 Abyssum uocat terram idest materiam trino dimensu in altissimas profunditates
 extensam. Super hanc tenebrae idest priuatio est: principium apud peripatheticos
 in primis celebre cui nulla magis appellatio quam tenebrarū congruit. Est au
 tē priuatio qua differt a negatione ut magnus Albertus constantissime uult ipsa
 hac de qua dicimus incohatio formae de qua re idem philosophus cepiose & subti
 liter disseruit. Praeterea si subest terra aquis & irrigata inde parturit quae postre
 mo & pariat: nonne aquae hoc loco accidentes materiae qualitates & affectiones
 significabant: quae nel suo fluxu tractabilisq; natura aquarum speciem gerunt:
 Quibus ut ita dixerim humectata materia parturit formam quam extremo tem
 poris momento edit in lucem. Super has aquas spiritus domini idest uis causae ef
 ficientis domini organū & instrumentū merito ferri dicitur. neque dicitur ferri sup
 terrā quia non attingit agens subiectum aut permeat nisi mediis illis intercedenti
 bus q; uisitatibus: quas dū uersat & agit oritur lux idest formae species & decor te
 nebrarū quas diximus idest priuationis expultrix & fugatrix: sique dei uoce sic i
 perantis: quia nihil agunt causae naturales: quod nō diuinae artis oculo praeciperit.
 Tū sic ex uespere & mane dies unus: Cū ex potentia actusq; natura substantia terra
 quod cōpositū dicimus dissultauit: estque rō id manifesta iuxta hunc sensum. cur
 dies unus dixerit nō primus & merito lucē uidit quoniam bona. Cū nihil sit aliud
 natura formae quā primi boni imago tenuis & umbrantis similitudo. Haec tenus i
 uniuersum de corruptibili substantia qualis omnis quae infra lunā est rubi & calum
 & terrā idest transmutantē naturā & eā quae transmutatur & terrā eandem idest
 materiam uidimus inaniem omni specie substantiae uacuum item omni forma

Varro
 Peripathetici
 Terra inanis
 & uacua.
 Hebrei
 Tou
 Bou
 Materia cog
 nitu difficilis
 Aristoteles
 Plato
 Forma inco
 hatio.
 Albertus
 Antiquus Si
 meon
 Tenebrae
 Abyssus
 Priuatio idē
 qd formae in
 cohatio.
 Dispositiones
 materiae.
 uis causae agē
 tis organū di
 agēs materiā
 nō attingit ni
 si mediis qua
 litatibus
 Exoritur lux
 Dei imperio
 fit lux
 & mane dies
 unus
 ex materia et
 forma cōposi
 tū unū
 Lux bona
 Epilogus

accidentali; Superque eam in trini dimensus abyffos extenfam priuationis tenet/ bras inſidentes: non quidem illi intimas (Neque enim priuatio materie eſſentia eſt ut probat Ariſtoteles) ſed extremam eius faciem occupantes. Vidimus item ſuper aquas ideſt fluxas diſpoſitiones materie quali terra preſentes ferri ſpiritum domini ideſt uim cauſe agentis nō unī cauſam principalem: ſed uti ſpiritum domini ideſt organum diuinae artis quomodo ſpiritus noſter uitalis organum animi eſt; & ſtatim tractante ſpiritu aquas illas & peruadente ſubiectum iuſſu dei artificis exorta eſt lux ideſt formae decus & ſplendor.

Caput tertium.

Quoniam autem a cōmunibus generalibusq; ad ſpecialia recto ordine deſcendimus ut probat Ariſtoteles: ſacturus hoc idem Moſes: poſtquam dixit de his quae communia ſunt rebus omnibus elementaribus; elementarem totam ſubſtātiā ſecunda die triſariam diuidit. Primo autem intelligendum materiales omnes ſort/ mas: aquarum appellatione ab illo hic deſignari quae congruere magis ne poſſit q/ dem. Eſt enim in ſphera hac terum generabilium & corruptibilium ſtāte materia quali alueo maris uti fluxus reſluxuſque undarum perpetuus indefinens abeur/ tum & aduentantium formarum commotio. Generatio ſcilicet praeterit ut ingit Salamon: & generatio aduenit: terra autem ſtat in aeternū. Vocantur enim & for/ mae illae apud platonicos imitatores ſemper hebraicae diſciplinā generatiōes potius quam formae quod hieri quam eſſe dici uerius poſſint. Ob quam etiam cauſam ſa/ ctum ut quo ſupra nomine: aquarū ſcilicet: materiae qualitates & accidentales for/ mas uocauit: eodem hic uocauerit etiam ipſas materiales ſubſtātiās: ſcilicet ut ad/ moneret non id q/ dem quod credidit Alexander eſſe qualitates ipſas elementis ſor/ mas ſubſtāntiales: ſed quod platonici magno opere confirmant eſſe ſpeciem om/ nem quae i materia eſt ad accidentis ſere potius q̄ ad uera ſubſtātiā conditionem referendam. Quem titulum ſibi illa legitime uendicant quae per ſe ſtant ſibi ipſis innixa & id quod ſunt uera ſūt ratione: inmixta rebus peregrinis & minime adul/ terata. Heraclitus ſenſibiliū rerū ſubſtāntiā uocauit mare & apud poetas in uo/ lucris fabularū uelantes philoſophiam: Cum poſt ſaturniam unitatem ideſt mun/ di intelligibilis unionem intra ſe omnia implicantis in tres partes ſenſibilem mū/ dū parauerit: caeleſtēq; ad ſenberēt regionē Ioui: ſubterraneā Plutoni: Neptuno aut mediā hōc. ſ. q̄ a luna ad terrā praeditur: de q̄ nūc agimus. Neptūnū maris do/ minū dixerūt: q̄ idē aſp̄ Platonicos p̄ ea uirtute accipit: quae generatiōibus praest.

Sed redeamus ad Moſem diuidētē aquas ab aquis medio firmamento. Triplex enī partitio corporum ſublunarium. Alia ſupra mediam regionem aeris ſūt ſuprema ſcilicet pars eiufdem elementis & puriſſimus ignis quod totum ethens nomine de/ ſignatur: Ibi pura i mixta & legitima elementa: Alia infra ipſam aeris medianaū quae apud nos ſunt ubi elementū purū nullū (Neq; enim purū elementū ſenſibile) ſed mixta omnia ex ſoculenta craſſioreque parte mundani corporis conſtant. In/ tercedens regio aeris quae hic dicitur firmamentū: unde & aues ſub firmamento

Cur ſup faci/ em abyſſi te/ nebrae.

Quid p̄ aq̄s ſecūda die in telligamus

Salamon Platonici hē breuorū imi/ tarores

Alexander

Heraclitus Poetae

Triplex par/ titio corpo/ rum ſublunarium
Elementū purū
Mixtū imp/ lectum
Mixtum p̄a/ ctum

caeli ab eo uolantes introducuntur: ea est regio in qua sublimes illa impressio-
parat: pluuia: niues: fulgura: tonitrua: cometae: & caetera id genus. Vide autē quā
recte nō solū aqua: sed & natura p̄prietate hoc firmamentū sup̄iora elemēta ab infe-
rioribus quasi aquas ab aquis discriminat & distinguit. Sup̄ra eā pura sunt elemē-
ta: infra eā perfecta mixtione ab elemētali simplicitate distēdūt: ubi mixta sunt
sed imperfecta mediaq; ut dicat uerissime inter mixtorū elemētōs: q; naturam.

Caput quartum

Sed uideamus quid ultra Moyses philosophetur cōgregentur inquit aquae quae sūt
sub caelo in locum unum: & appareat arida. Arida materia ē uti iam cōstitui-
mus nec apparet materia aut conspicitur nisi formarum speciem induta: sed neq; appa-
ret induta specie elemēti: quia ut diximus & probant philosophi elemētum sim-
plex nec uideri nec tangi nec sub ullū omnino sensum cadere potest. Si igitur quae
inuisibilib; olim fuerat terra futurū ē ut sub cōspectū ueniat necesse est aquas quae
sub caelo sunt id est sub media aere regione cōgregari ad locum unū id est ad eōdem
mixtionis colluuiem cōfluentes certis legibus tamē quasi litoribus praescriptam in
unam mixtionis formā coalescere. Quod aquis inferioribus ut ostēdimus nō item
superioribus accidit: ubi aut nulla prorsus aut imperfecta mixtio. Quod si anima
uegetalis mixtionis formam statim consequitur: Quid aliud a nostro philosopho
expectabamus quam ut post illam aquarum congregationē induceret statim ter-
ram herbarum fructuum arborumq; fecundam.

Caput quintum.

Quāquam hinc uidebatur ordine cōsequēti ad animalia trāseūdū quorū aīa uege-
tali proxime aīctā ē: tamē quoniam ab animalibus ad hominē trās: i quae definit de
mūdo corruptibili omnis tractatio: idcirco interiecit Moyses aliqua de his quae sūt
in firmamēto: & quibus ipsum ornatur uti terra ornatur his quae in ea sūt metallis
plātis & animantibus. Sūt autem haec impressioes illae quae ī sublimi id est ī media
regiōe aere sūt. hae sup̄ra & calum & firmamētum uocauit: hae autē firmamentū
caeli: ut scimus nō illud esse quod uere est calum: sed quod caelo subest. Quare et
Ennius ī achille hāc partē subiōces dixit: p̄pterea quod caelo proxime sit subiecta.
has autē impressiōes secundarias stellas & sydera & astra a philosophis nūcupari
notus est quā ut pluribus cōprobetur aut diuisculum uideri alicui possit nos de
illis exponere quae de syderibus hic dicuntur. Quonia autē horū oīs diuersitas ad du-
as primas causas referretur caliditātē & frigiditātē referemus cōueniētē quae a cau-
sa sunt calida ad solē quae uero a frigida ad lunā. Neq; ob id solū & solis & lunae et
reliquoꝝ sydeꝝ hae sibi appellationē uindicat qd idē sint ipsa inferiori caelo qd illa
sūt suo quāquā diuiniōri: uel qd itē simili facie se ostēdāt hominibus lucētia pari-
ter & consuetū: quā qd alia ex illis aliud ī caelo syderis t̄quā p̄cipē & duos sequit̄
tur. Vnde & signa eorū sunt rerū: quae sydera a quibus fuerant excitata portēdere in
fenonibus soleat. huius rei argumēto est illud qd motū syderū sequuntur quorū ut et
influxu de terrestri cōlecta materia id est uaporoso halatu cōsistunt.

Cōgregātur
aquae ī locum
unū & appa-
ret terra

germinat ter-
ra plantas

Ennius

Caput sextum:

Pythagorici

Manifesta iam quæ sequitur de animalium deque hominis productione. Post plantas enim ea sunt mixta quæ sentiunt & moventur: quæquæ & plura stupidi sensum adscribit Pythagorici quod in ea quæ parturimus cœcoctia longioris subellu ope discutit / mus. Hac autem animata quæ citra omnem cœroverbia motu sensuque participant: & hic a Mose & i Timco inuolantia et i aq; degentia & terrestria distinguuntur. Summus ofum & princeps homo: quo mundi corruptibilibus natura progressa sicut pedè & te / ceptui canit.

Timeus

Caput septimum:

Christus nostra felicitas

Quæ admodum autem inferiorum ofum absoluta cœlumatio est hō: Ita ofum hominum aboluta est cœlumatio christus. Quod si ut dicunt philosophi ab eo quod uno quoque in genere est perfectissimum ad ceteros eiusdem ordinis quasi a fonte omnis perfectione derivat: Duhū nemini est a christo homine in omnes homines totius bonitatis perfectione derivari. Illi scilicet uni datus spiritus nō ad mensuram ut de plenitudine eius omnes accipimus. Vide quā haud dubie hac ei prerogativa debeatur deo & homini: quæ etiā qua homo est peculiari ei & legitimo privilegio convenit.

EXPOSITIO SECUNDA DE MUNDO CAELESTI. PROHEMIUM.

Tres cause quate Moses figurate scripsit.

Vrgamus ab elementis ad calū: a corruptibilibus ad incorrupta corpora: ut palam oibus sit eisdem verbis quibus de elementalibus nobis tot natura monstrata sunt: de caelestibus ite altissima dogmata a propheta cœprehensa. Quod cum nobiscum a se reuoluemus: ueritatem proter ea quæ diximus in phemius alia nobis in præcepto ratio. Cur gratia eadem dicturus Moses de agere cœli & de materia nō illa agere expressis uerbis hanc materiam uocauit: sed calum & terram: & materie dispositiones: nō qualitates ut dicunt philosophi sed aquas: & formam lucem potius quæ formam appellat / ut: Cometas ite & fulmina & cetera id genus nō propriis cognominibus: sed astra & stellas nominauit atque ita de reliquis. In exordium quidem allata fuit a nobis cum ueterum consuetudo scribendi res grades phisicas & diuinas occulte & figurate tum ruditas auditori qui cum splendorem discipline Mosaicæ serre non possent oportuit uelata facie uerba facere illis: ne qui illuminandi suscipiebatur: nimio lumine obecarētur. Nūc tertiae rationis habemus occasionem: quia scilicet si materia & formam & qualitates & causam agentem nominasset potestant illa quidem corruptibilis mundi tractatibus deseruire: non autem & reliquis. Quare illud est incognitum & mirum Mosaicis artificium diuinaque uere non humana industria eis uti dictionibus itaque orationem disponere: ut eadem uerba idem contextus eadem series totius scripturæ figurandis mundorum omnium & totius nature secretis apte conueniat. Hoc illud est in quo Mosaicus liber omnem gentium & doctrinam & eloquentiam & ingenium superat. hoc nouum illud & intactum adhuc quod nos asserere tēprauimus: ut scilicet factum a Mose id nostris hominibus re ipsa cœprobaremus. Hæc est idea hoc est exemplar absolutissimi scriptoris: nō ob id solum quod humane modi scribendi genus ut supra demonstrauimus naturam effigiat & emulatur: quæ sicut intet

Mirum mosaicis artificium absolutissimi mundi scribendi genus scriptura moisaica intelligitur angelicæ emulatrix

mentes angelicas auctore Dyonisio et diuo Thoma splendore nostra theologia illa est suprema: quæ paucissimis ea non óibus & formis p̄ intelligētā cōprehēdit: quæ seriores uariis & multiplicibus ita iter scripturas illa est sūma illa apicem tenet óis p̄fectionis quæ paucissimis uerbis ósa ueluti singula & cōgrue & p̄funde cōplectitur. Sed qđ prophetam prodeuntem reuelata facie moratur ultra: ut de caelestibus nos mysteriis alloquatur: prius tamē qđ loquentē ipsam audiamus: ut sensus uerborū illius capatiores p̄ferri paucula quardā de celo decimo utile fuerit:

Caput primum.

Supra nouem calos: orbis idest septem planetas & spherā octauā quā uocāt incertam nonumq; orbem qui ratione nō sensu deprehensus est: primūq; est iter corpora quæ mouentur creditum esse decimum calum fixum manens & quietū: qđ motu nullo participet. Neq; hoc tm̄ creditū a nostris maxīe iunioribus Strabo & Beda sed a pluribus etiā hebreorum: pretereaq; philosophis & mathematicis quibusdam. E quibus satis duos sit articulisse Abraam hispanū a strologum maximum & Isaac philosophum: quorū uterque hoc attestatur. Quin & hic Isaac decimū orbem ab Ezechiele designatum intelligit p̄ Zaphirum in similitudinem throni: ut color Zaphiri lucis nitorem: throni similitudo imobilitatem eius significet. Figurata item intelligit decē spheras a Zacharia p̄ cādelabrum aureum distinctum septē lucernis: & lāpadē sup̄ caput eius: tum sup̄ lāpadē oliuas duas. Cum enim septē lucernæ septē planetas indicent: & lāpas circulum octauum tot luminibus fulgitem: uult per duas oliuas indicari nonam & decimam spherā: p̄pterea qđ ex oliuis oleum defluit ad lāpadem & lucernas: ad luminis nutrimentum. Quare p̄ rōnis similitudinem cū calos: quos nos uidemus lux a supremis illis emanet & cōseruetur (qui enim dat lucem idē cōseruat) Merito illi quidem oliuis: hū autem lucernis & lāpadi cōparantur. Vex: si nō possunt eiuſdē a que duo primi fontes cōstitui ne cesse est ex illis duabus supremis spheris alterā esse: quæ sit p̄cipium totius lucis.

Quod si ad alterā ad primā utique idest ad decimā referendū est: ut sit ipsa qđ unitas luminum: tum proxime lumen tota essentia suæ substantiæ nona recipiat: inde tertio ad solem plena participatiōe pueniat: a sole autem quarto iam ideoque postremo gradu i óis stellas parubilit̄er diuidantur. Supra igitur nouē calos decimū statuamus quē theologi uocāt empyreū. Dubitatū aut̄ a quibusdā natura ne esset corporea an incorporea potius. Nā & unitatem sotte decet ut numero coelementali respondet analogia nature: ita nō esse genere eodem. Sed quicquid de hac qđ sione statuatur remaneat in cōcussum iniba esse thesauros lucis: & inde quicquid habetur luminis usiturque i corporebus qđ a primo fonte in cetera denari. Neq; enī obstat si quis credere p̄tinacius qđ ueniū uelit nō eē illū natura uere corporea: quādo in phoenicū theologia est: ut scribit Iulianus Casar in oratiōe de sole: emanare lucē corporeā ab incorporea natura. Præest hic igitur nouē sibi serie cōsequēti succedētib; calis quasi dux exercitū qđ forma materie & Monachos typū gerens denarium implet.

Caput secundum.

Dyonisius
Diuus Tho/
mas

Celū empy/
reum

Strabus

Beda

Abraā astro/
logus

Isaac philoso/
phus

Ezechiel d̄ ce/
lo empyreo

Zacharias

Fons & uni/
tas lucis

Tres gradus

p̄cipitaz lu/
cis

Vnitās

Numerus co/
elementaris

Phoenicū

theologia

Iulianus

Enarratio uer- borum prophetarum Caelum	Veniamus ad Moysen qui dicitur de ceteris hinc et aqua prima & principalis calis peculiariter appellatione dignatus est: quemadmodum licet nouem choros angelicos: qui participat diuinitate uocare deos possumus: Unde illud deus deorum: Absolue tam cum deum dicimus non aliquid ex eis: sed in diuina trinitate accipimus presentem illis quemadmodum & empyreum calum nouem sibi subiectis orbibus predestinet. Terra autem uocauit octo sphaeras postremas: neque id sine causa: sed ob id factum quoniam huiusmodi meri extrema sibi terra appellationem uendicant. Ea sunt luna & caelum stellarum: quorum utriusque terram uocare & ueterum auctoritate & ratione praeterea cognimus.
Terra	
Sphera octa- ua	De sphaera enim octaua frequentissimum in academijs dare illi terrae appellationem. Lunam item Aristoteles terrae similem dixit imitatus scilicet Pythagoricos qui eam & terram caelestem & terrestrem calum appellant. Sed uide quatenus ad utrumque nos ducatur. Si enim in caelo querimus elementa lunam terram statuimus infimam ignobilissimamque omnium syderum: uti est terra omnium elementorum opacitate indè substans & materialis illi praesimilem: Tum aquam Mercurium uersipelle syderum & transformabile ideoque apud Lucanum undae arbitrium appellatum: Veneris aëri est tempore calore uiuifica solem igne ratione manifestissima: Tum ordine uerso martem igne: Iouis aëri cognatum Venerei naturae: Saturnum aquam senem. scilicet danare frigidaetatis reliquum ut sphaeram octauam & non erraticam terram uocemus: uel sic ipso computationis ordine postulare. Recte igitur hoc totum quod hinc utrinque terris concluditur: supra quod nihil uisibile nobis: terram uocauit. Tum subdit & terra erat inanis & uacua manente. scilicet lucis non dum a primo caelo propagatae ad eam: & reliquarum uirtutum: quarum uehiculum est lux. Neque hoc dicimus ex nobis: sed ipse auctor declarat cuius rei dicit inanitate adiciens & tenebrae erant super faciem abyssi: altitudinem tantam tot numero orbium & miram profunditatem iure abyssum uocatis. Vix ne crederemus iter octauam sphaeram & sedes empyreas nihil medium esset ut crediderunt multi sequuti idem tantummodo sensum: admonuit nos orbis in tercedentibus quem per aquas ipse cum figurauerit colore a iunioribus christallinum caelum est nuncupatum. Super hunc sequebatur aut ut uentis habet hebraica: & Syrus Effren transiit incubabat huic spiritus domini id est praesens adherens spiritualis olympus sedes spirituum domini souebat eum sua luce uiuifica. & recte est factum ut qui attingens est principio lucis toto corpore & tota sui mole lucem comberet: propterea non bis inuisibilem quia corpulentia solidiore non terminatur. Illa igitur primum incubans sua luce largiebatur empyreasque mox et in reliquis sphaeras quas per terram & per abyssum dicimus designatas excussis tenebris deo sic iubente est deriuata. & factum est uespere & mane dies unus: quia per lucis & superni refluxus receptionem fuerunt primis calis interiores. Summatim igitur prima die & primi calis eminentia in reliquos & deriuatio inde lucis ad eos: & per aquas ac terrae cognomina de noni orbis & aliorum multa proprietatibus indicantur.
Academici Luna Aristoteles Pythagorici Quo pacto delecta in caelo Lucanus	
Inane & uacuum	
Tenebrae	
Abyssus	
Nonus orbis	
Aqua	
Effren	
Spiritus domini	
Cui inuisibile noni calis	
Dies unus	
Epilogus	
Firmamentum inter aquas	Caput tertium. Iam uero de motis orbibus particularius pronuntians docet non erraticam sphaeram quam dicimus firmamentum medium esse iter duas aëres: cuius dicti tō manifeste ex his qui dixerunt. nam & nonus orbis & saturni planetes ut declarauimus aërum sibi appellationem

uēdicat. Positū ergo a deo ē firmamētū ī medio aquarū. & aqua q̄ sunt sub celo cō-
 gregate sunt ad locū unū & factū ut apparet arida .i. terra totiq; hoc puritatē
 ad salutē uiuētū. Videamus quid hęc sibi uelint Mōses dicta. Aqua quæ sub ce-
 lo sunt septem sydera sunt quæ sunt subfirmamētū qđ uocauit calū : quorū primus
 Saturnus. hęc aqua cōgregate in locum unum ideo sunt: quia oīs planetarū uirtus
 in uno sole collecta est: qđ oīs philofophi oīs mathematici uno ore cōfirmat: & si
 hęc cōgregatio aquarū dicta est mare nō absurde hęc ille erit oceanus q̄ pater deorū
 & hominum ab illis dī qui planetas deorū noīe dignati sunt. Terrā autem quid ali-
 ud dicemus q̄ lunā sic ab Aristotele & Pythagoricis nuncupatū: quæ cum tota sōli
 cti maris undis obruitur nec utilis nobis nec utilis item est: sed tunc & animalū
 um & nostris usibus idonea: Cum ab eo lecedens mari magis magisq; sub aspectū
 uenit. Tūc fertilis tunc secunda eorū p̄fertim quæ a uergetali natura sūt: Cuius mu-
 nera auctio nutritio & generatō. In hęc. n. p̄cipua uis lunæ ut dixerit chaldei. Qđ
 & hic a Mōse aptissime demonstrat: Cū eā simul atq; apparet & herbarū & fructū
 & arborū partē facit. Vide ut nobis natura lunæ & solis paucissimis figuratq; sub
 indicauit. Sed cur tacet de reliquis quæ tractatur de oībus sufficienter & doctē p̄
 hemis: nōis p̄mittebamus. Cur ī quā cū de decima nona octauaq; sphaera de Sa-
 turno itē sole & luna fecerit mentionē de q̄tuor qui sup̄sunt Venere & Mercurio
 Ioue itē & Marte ne uerbū quidē. Dixeris forsā ideo factū quia rudis populus so-
 lē trā nouit & lunā. Sed hoc p̄sugū ipse mihi met ademi nec possum nō erubescē
 isthuc diuertere qui supra sum attestans nihil p̄pterea obmissum a Mōse qđ ad p̄-
 sectam mundorū omnium intelligentiā faceret. Dicat alius qđ sole ac luna egit egit
 se de reliquis: qđ hui regnū obtinent cali & cum particularis aliorū sit uirtus uniuers-
 rōne omisit Saturnū de quo tam nos factū mentionem ostendimus. Alius cre-
 do latere mysterium ueteris hebreorū disciplinæ: inter cuius de celo dogmata hoc ē
 p̄cipuū cōcludi a sole Ioue & Martem: a luna uero Venere & Mercuriū. Nec
 si horū naturas syderū pensitemus oblcura est ratio op̄inionis q̄ ip̄i rōnem nullam
 sui dogmatis afferant. Calet Iuppiter calet Mars: calet & sol: sed martis calor acer
 & uolentus Iouis beneficus: in sole est acre illud ac uolentum Martis & Iouis be-
 neficam proprietatem uidemus id est mixta ex hīs temperatq; mediā quandā ut
 ita dixerim naturam. Iuppiter felix Mars infaustus sol p̄im quidem bonus p̄im
 est malus radiatiōe bonus copula malus. Est aries Martis domus cancer dignitas
 Iouis: sol in cācro sublimitatē ī ariete dignitatē adeptus manifestā cū utroque sy-
 dere cognationē ostendit. Veniamus ad lunā quæ & aquis Mercuriū manifeste p̄-
 cipat & quantam habeat cum Venere affinitatem presertim hęc indicat q̄ ita in
 tauro Venere domicilio sublimat ut nūq; icelacie aut magis benefica uideatur.
 De celo igitur empyreo de nono orbe dī firmamētū de sydere saturni deque sole ac
 luna qui reliqua complectuntur ip̄so silentio huius complexus nos admonēs suffi-
 cienter hactenus dixit.

Caput quartum.

Aquas sub ce-
 lo congrega-
 tas ad locum
 unum
 Oceanus
 Terra appa-
 ret

Inque uis lu-
 nae p̄cipua
 Caldei
 Cur de qua-
 tuor planetis
 nulla mentio

Solutio p̄ria
 Confutatio

Solutio sōda

Confutatio
 Solutō tertia
 Dogma uete-
 rum hebreo-
 rū de syderi-
 bus
 Affinitas so-
 lis cū Ioue &
 Marte

Affinitas lu-
 nae cū Vene-
 re & Mercu-
 rio
 Epilogus

Restabat ut postq̄ de natura syderum dixerāt de opibus deque eoy officio differere
 ret declarans i quē usum fundata & cui muneri delegata a deo fuerint . Scito autē
 agi adhuc de calo ut de lucido corpore nihil de intellectu nihil de motrice ui eius ad
 huc dictū a propheta quem ordinem etiā timaeus sequitur: Primo corpus fabricā
 tum corpori absoluto animū apponens. caelestiuū corpore duar in uniuersum maniv
 se sit opationes motus & illuminatio. Motus duplex statuitur: alter mundi totius
 quo calū & ether. xxiiii. horis p totū spaciū uniuersi pfecto ambitu circumuoluun
 tur: aliter sydes; proprius multiplex & uariis iter quos principalis est motus solis
 q̄ spatio. xii. mensium Zodiaci signa oīa circuit. Ille diē facit unde & diurnus dici
 tur: hic autē annū reliqui sydes; motus uariis temporū interuallis peragūtur. Recte
 igitur & breuiter nos oīum admonuit Moses: cum dicit posita sydera infermarūto
 i dies an nos & tēpora. Addidit in signa qd̄ quia satis ab aliis interpretibus exponi
 tur ego scireo. Indicauit scirea expresse reliquā opationem sydes; quae est illumi
 natio cū dixit statuta illa ut lucrent in calo & terrā illuminarent. Quāq̄ autē di
 uerse sint sententiae uerey quid caelestia influant inferioribus in quālibet ram apte ca
 dunt Moseis uerba. Nā si nihil aliud influunt q̄ lucem qd̄ uidetur Aristoteles uo
 luisse si religiose & nō pro nostro arbitrio illius uerba interpretemur nihil poterit co
 gitari mosaico dictis cōuenientius. si sc̄ter lucem calorem etiā influunt nihilque sy
 terea aliud ut Auerrois arabs & Abraam iudeus uolunt satis fuit dixisse de luce a
 qua idem auctores prouenire calorem fatentur. Si item plures aliae uirtutes atque
 multiplices isthuc caelitus demittūtur ut Auicenna ut Babilionis usum nō temere
 de sola luce mentio facta: quādo ut ipse scribit Auicenna sola est lux quae reliquas
 oēs uirtutes de calo uelut ad nos. In hac igitur ministeria & luna & solis & stella
 rū sūt corpota distributa.

Caput quintum.

Signa octa /
 ur & nona
 sphaera.

Reliquū erat ut & signoy quae spectabilia sunt i Zodiaco: & eoy quae q̄q̄ inuisa
 nobis longe tamen efficaciora in calo sunt christallino mentionem faceret . De his
 enim nihil haecenus dictū. hoc igitur sibi uolūt animalia quae & aquae pducūt &
 terra pducuntur: illa aquae quae sunt sup calos & terra quae ipsum est firmamētū
 ut supra est cōprobatū . Signa enim quae in illis solis duobus orbibus uisuntur in
 specie animaliuū qualia quae apud nos ab egyptiis & indis notata sunt: quae potue
 rūt illi & facilius & rectius q̄ nostri deprehendere adiuti ab ipsa soli planitie & cali
 serenitate. Alioquin animaliuū q̄ hic sunt caduca pductio nō magis attinet ad hac
 duo elementa terram & aquam q̄ ad reliqua uidelicet ignē & aerē. & qm̄ aquae
 dedit appellationem orbis christallino congruenter quae ibi animalia pisces : curias
 quae in firmamento quod terram dicit iumenta & bestias uocauit.

Caput sextum.

De ui calonū
 motrice
 Plotinus
 Timaeus

Haecenus de corpore caloy natura. Nūc sc̄dita ea aīo rōnali declaraturus allego
 rice hominis meminit nō utiq̄ illius q̄ est caducus & terreus & quē uidemus sed
 a quo ut inq̄ Plotinus is regitur homo q̄ uidetur. Ille ipse animus est rōnalis: quē
 ex eisde de mīs: & i eadē patera ex qbus & cali asiam cū Timaeus cōstituat non in

congrue quæ dicuntur de hominis animo ad cali etiam animū transferuntur. Asti pulantur nostræ expositioni litteræ sacræ: in quibus saepe angelica omnis natura et rationalis per hominem designatur. Frequētissimum hoc in prophetis de bonis angelis: Et de malo etiam demone: qui nihil natura differt ab illis scriptum est i eius gesto inimicus homo hæc fecit. Adiecit igitur deus celesti machinæ uiuam substantiam & rationalem participem intellectus: Ideoq; ad imaginem & similitudinem suam. hanc ueluit præfere his de quibus Paulo ante diximus animantibus. i. sydereis omnibus signis & planetis quæ illius ita nutu uersantur: ita dicto obediunt ut nulla mora nulla sit contumacia: Quod brutis elementorum corporibus non pariter accidit. Neq; temere aliud inuenies in quo magis defudent petipathetici q̄ ut p̄ bent nihil reluctari celeste corpus suo motori quemadmodum nostra nobis corpora reluctantur. Quare neq; illis ut nobis ex perpetuo motu aut telium aut diffuscultras aut fatigato. hoc est imperium quod tenuit Moyses celestis hominis in animalia. Non item uacat mysterio q̄ illum hominem marem & feminam creauit. Est. n. hæc prerogatiua animorum celestium ut simul utrunq; obeant munus & contemplandi & regendi corpora: neq; aut hoc illi aut huic illud obstrepant impedi mento ut esse possit. Usurpatum autem maxime a uentibus: q̄ in orphicis etiam hymnis obseruamus duas has uires in eadem substantia quarum altera contem/ platur altera præf. corpori cognominibus maris & feminæ designare: hæc de cale sti mundo de diuino. i. corpore de numero orbium de natura de proprietatibus de officio. Postremo de motrice ui eius rationali substantia deq; eius ingenio a prophe ta traduntur.

Caput septimum.

Nobilis hæc creatura & a nobis suspicienda & celebranda. Sed si uel platonice sen tentia ut theologos taceam cuius modo meminimus non sumus obliti tempera/ tos animos nostros ob opifice deo in eodē cratere ex uisidq; elementis cū celestibus animis uideamus ne nos illorum seruos uelimus: quorū nos fratres esse natura uo luit. Neq; nostræ cōditionē de hoc firmo corpore metiamur. Neq; n. hō ut scriptū in alebade hoc q̄ uidemus fragile & terrenū: sed aiūs ē: sed intellectus qui om/ nium ambitum cali oēm decursum temporis excedit. Cauēdū igitur ne qd multi faciūt plus calo dātes plus tribuētēs q̄ sit necesse & uolūtati opificis & ordini uti/ uerū repugnemus: simulq; ipsi calo cui dei cōsilia & mōdi ordo maxie cordi sunt: dum studemus placere displicemus. Hoc admonēt Chaldei dicētes. Ne augeas sa tū. hoc p̄dicat Hieremias. Ne timeatis inqt signa cali q̄ gentes timēt. hoc p̄cipit a/ libi ppheta noster admonens cauēdū homini ne suspiciēs solē lunā & stellas colat ea q̄ deus creauit in ministeriū cunctis gentibus. Quod si in eum sensum quis nō accipiat quasi illa seruiant nobis uti ignobiliora & mortua corpora: significari tamē itelligamus auctore aut dominā nature nostræ: eā substantiā eē nō posse: cuius uel altera pars ēt ualide aliq; pte q̄ sit i nobis ignobilior fueniatur. Neq; enim in opere pfectiuis aliqd esse aut potest aut debet his q̄ sunt i opifice. Illum igitur timeamus amemus & ueneremur. In quo ut inquit Paulus creata sūt oīa siue uisibilia siue i/

Sacræ litteræ

Obedire cele/ stia suis mo/ toribus

Quo pacto celestis ho/ mo mas & fe/ mina

Epylogus

Quatenus a nobis hono/ rādū cali Plato

Chaldei Hieremias Moyses Nō posse ce/ lū esse homi/ nis auctore Christus u/ nus colendus a quo omne bonum

uisibilia: Quod est principiū i quo fecit deus cælū & terrā: hoc autē est Christus. Ipse enī p̄uenētatus q̄s esset optime sui gnarus respōdit. Ego principiū qui loquor uobis. Quare neq̄ stellay. imagines in metallis: sed illius idē uerbi dei imaginem in nostris animis reformemus: Neq̄ a cælis aut corporis aut fortunæ quæ nec dabūnt: sed a domino cæli domino bonoy oīum cui data oīs potestas in cælo & in terra & p̄sēntia bona quatenus bona sunt & ueram æternæ uitæ salutatem queramus.

EXPOSITIO TERTIA DE MVNDO ANGELICO ET INVISIBILI. PROHEMIVM TERTII LIBRI.

Actenus de cælesti mūdo p̄ uiribus nostri ingenii misteria Moyses reuelātes disputauerimus. Nūc autē quis dabit mihi pennas sicut colūba: pennas de argētatas & rutilas pallore auri: & uolabo in supercaelestē regionē ubi uera ē q̄s uera pax uera tranquillitas: pax unq̄ quā hic uisibilis & corporeus mundus dare nō pot̄. Reuelate uos oculos meos ultramundani spiritus & cōtēplabor miracula uestræ ciuitatis: ubi reposuit deus tūmibus se: q̄ nec uidit oculus nec auris audiuit neq̄ cor cogitauit. Cū autē de hac natura angelica & inuisibili ab hebreis ueteribus multa: multa itē a Dyonisio tradit̄ur erat cōsiliū Moyses uerba exponere iuxta doctrinā utriusq̄ familiæ. Sed qm̄ quæ ab hebreis dicitur cū sint inuicē apud latinos itelligi a nostris hominibus facile nō possent nisi a gemino qd̄ autē ouo exorisi plurima & fere oīa ueteris disciplinæ hebraicæ gēns dogmata enarraremus: Cogitauī differēdū donec de his alibi latius scripserimus: & nostrandis notas fecerimus illoy opiniones: ubi quātū egyptiis monumentis: quātū platonice philosophia: quātū catholice ueritati cōsonē examinātes: sicubi qd̄ cōcordabit nobiscū rubebimus hebreos stare i antiquis patrū suorū traditionibus: sicubi differēntiā inuenerit instructi catholicis legionibus ip̄ressiōē faciemus i eos. Deniq̄ quod aliter nū ab euāgelica ueritate deprehendemus cōfutabimus p̄ uirū: quod s̄ctū & uerū: a synagoga ut ab i iusto possessore ad nos legimus israelitas trāsferemus. Interea Dyonisii uestigiis insistentes aut Pauli potius & h̄erotoei quos ille ē sequutus conābimur tenebris legis quas auctor legis spiritus dei posuit suū latibulū p̄ n̄a i/ beclitate lucē i uhere.

Caput primum.

Unitas Quicquid est post unitatē numerus unitate p̄fectus & cōsumatus ē. Sola unitas omnino simplex a se p̄fecta nō egreditur se: sed in diuidua simplicitate & solitaria sibi coheret: quia superest sibi nullius indiga plena suis diuinis. Numerus sua natura cū sit multitudo unitatis bene licio sit simplex q̄ntū ip̄e simplicitatis capax q̄q̄ & numerus quisq̄ quo magis ab unitate sit p̄cal i maiore semp̄ incidat multitudinē plusq̄ i eo dissimilitudinē plus partiū plus cōpositurā: sit nullus est tamē ita unitati p̄ximus qui multitudo nō sit aduentitiā habens unitatē unaq̄ non natura: sed cōpositiōē. trāsferamus hæc ad diuina more Pythagorico. Solus deus qui a nullo a quo sunt omnia simplicissima essentia & indiuidua ē. quicquid habet a se habet: eadē re qua est eadem sapit eadem uult eadem bonus eadem iustus. Neque rem

Dyonisius

Antiqua doctrina hebreorum

Dyonisius
Paulus
Hierotheus

Numerus

A mathematicis a sonis ad diuina

aliquā itelligere possumus qua ipse sit pterquā ipsum esse qđ ipse est . Cetera nō
 illud id est ipsum esse: sed illo sunt. Igitur angelus nō est ipsa unitas: alioquin deus Angelus
 esset: aut plures essent dei qđ cōcipere pōt qđē. Quid enī erit unū si ne ipsa quidē
 unitas una: Reliquū ut angelus numerus sit. Quod si ē numerus alia sua pte mul-
 titudo ē alia multitudo una. Est autē oīs numerus eatenus s̄ perfectus q̄tenus mul-
 titudo: pfectus autē q̄tenus unus. Quare q̄qđ s̄ angelo s̄ perfectū est angelicę mul-
 titudini: quā inde habet unde est numerus. i. creatura: & q̄qđ pfectū est acceden-
 ti unitati quā inde habet unde deo cōiungitur adscribamus. Imperfectionē i ange-
 lo duplicem inuenimus: Alterā q̄ nō est ipsa esse sed essentia tm̄ cui participa-
 tu esse accidit ut sit: Alterā quia nō est ipsa itellectio sed aduenit ei ut itelligat: Cū
 ipse sua natura itellectus sit itelligentia: capax. Pēdet autē secunda ex prima: qm̄
 q̄ ex se nō est utiq; neq; itelligit ex se: cum ibi esse nihil possit ubi non est ipsū cē.
 Vtrūq; igitur horū euenit angelo qua multitudo est. R̄diquū ut absolutio illi & cō-
 sumatio ab accedente de super fiat unitate. Deus autē unitas: unde ad angelū & eē
 & uita & oīs pfectio deriuatur. Quemadmodum autem duplex est imperfectio q̄
 si duplex multitudo: ita duplicem itelligamus unitatis accessum ut utraq; p̄ficiat̄
 tur. Prima ea est qua est essentia nuda ac in formis expers uita & esse: hac est ter-
 ra inanis & uacua quā & deus creauit: Ne forte crederes ut quā crediderūt forma-
 tionem tm̄ essentia p̄tinere ad op̄ificem nō autē & creationem. Simul cū terra crea-
 uit & celum. i. actum illius essentia participatq; unitatem in multitudine hoc ē
 ipsam esse: Vt sit quasi eadem creatio cali & terrę ut pote cōparis cōplexus & dua-
 rum ad idem simili nexu cōuenientium natura: Nec distōne a ueteribus ipsū cē
 participationem diuinitatis uocamus celum: quādo & mūdū archetypum Zenō
 phanes spherā appellauit & Saraceni quimimo & nostri deum circulū uocant. Saraceni

Caput secundum.

Est angelus p̄ ea q̄ diximus iam suā naturā p̄fecte adeptus itellectualēq; p̄p̄rieta-
 tē. Veritatem nō dū habet unde sua munera impleat itelligendi. I. & cōtēplādi: nisi a
 deo prius formis itelligibilibus uestiatur. Propterea adhuc sunt tenebrę sup̄ faciē
 abyssi. Abyssus itellectualis p̄rietas est: plunda queq; penetrans & p̄scutās. Sup
 hac tenebra sunt: donec sp̄ritualū notionū q̄bus oīa uidet et intuetur radius nō illu-
 stratur. Scriptum est autē sup̄ faciē abyssi nō sup̄ abyssum. q̄ idē locus tenebrę &
 lucis. Lux autē. i. species itelligibiles faciem tenent. i. extrema angelici itellectus q̄
 accedētes ei sunt q̄itates nō ad ipsius essentia p̄cētāt. Quid autem medium inter
 cedat priusq; tenebra depulsa oboriatur lux statim annexat dicit̄. & sp̄ritus domi-
 ni serbatur sup̄ aquas. Domini sp̄ritus qđ erit potius q̄ sp̄ritus amoris: Neq; enī
 sp̄ritū scientia ita p̄p̄rie domini sp̄ritū dicemus. Quoniā & scientia quādoq; ab-
 ducit a deo. Amor autē ad deū semp̄ adducit. Hic nisi sup̄ abyssum illa seratur non
 fiet lux. Quoniā quādoq; nō implebitur luce oculus nisi ad solē cōuersus: ita ne-
 q; angelus sp̄rituali luce impletur nisi conuertatur ad deū. Motus autē hic cōuersiōis
 neq; ē neq; cē aliud pōt i natura angelica q̄ motus amoris. Erat igit̄ sp̄ritus domini
 Tenebrę
 Abyssus
 Cur sup̄ faci-
 em abyssi nō
 sup̄ abyssum
 Sp̄ritus do-
 mini

amatorius spiritus sup abyssū .i. sup angelicū intellectu (intelligētia .n. amor cōsequi) quodum acta & excitata angeli mens ad deū cōuertitur: Dixit deus fiat lux & facta est lux / angelolux scilicet formay intelligibiliū & fuit ex uespere & mane dies unus: quā ut probat Auerois ex intellectu & intelligibili fit magis unū q̄ ex materia. & forma quod ut idem affirmat: & scribit etiam Moles egyptius longe magis in angelis q̄ in homine uerum deprehenditur. Cuius ut illos cōmitemus hac nobis facta sit ratio q̄ species angelicæ mētū indiuidua copula nō ut humano intellectui accidit uaga & translatiua perpetuis nexibus uniantur.

Caput tertium.

Vidimus creatam a deo naturam angelicā: eandē ad deū cōuersam spiritu amoris: tum ab eo illustratā & absolutā luce intelligibiliū rationū. Videamus nūc quo inter se ordine angelici exercitus distingūtur. Legimus autē postū firmamētū in medio aq̄ rū ubi tres nobis angelicæ hierarchie (sc. n. eas semp usitato uocabulo appellabimus) indicantur. hær prima & ultima p̄ aquas designatur: illa p̄ sup̄caelestes: hær per eas quæ sunt sub celo: media illas diuidēs dicit firmamētū. Quæ oia si naturā mētū hierarchie: & officia penitemus cōsonare Dionisi doctrinæ magis nequeāt. Su

prima hierarchia cū ut scribit ille soli uacet cōtēplatiōi merito p̄ aquas figurata est quæ sup̄ celos id est sup̄ oēm circa mūdāna siue celestia siue terrena actiōē sunt cōstituta: & deū perhenni sono indefinenter laudāt. Medius autē ordo cū sit celestibus officiis delegatus profecto nō poterat cōgruētius q̄ p̄ firmamētū id est p̄ celum significari. Postrema hierarchia & si natura supra omne sit corpus sup̄ præceterum: curat tamen ea quæ sunt sub celo: & cū diuidatur in principatus archangelos & angelos omnium horum operatio omnis circa ea est tantum quæ sunt sub una: principatum circa res publicas & reges ac principes ut ex Daniele cognoscimus ac

changeloy circa mysteria & factas cerimonias. Angeli priuatis studēt rebus & singuli singulis hominibus adhibentur. Recte igitur hic sub celestibus exercitus per sub caelestes aquas est figuratus. Qui & rebus præst̄ fluxis atq; caducis & illi ordini subest qui uersatur circa celestia.

Caput quartum.

Quid autem sit aquas quæ sunt sub celo colligi ad locū unū dubiū est fortasse nisi hoc nobis Paulus declararet apud quē de his angelis q̄ ad mundi huius obeunda munera mittuntur legimus esse oēs administratorios spiritus in ministeriū missos p̄pter eos q̄ hereditatē capiunt salutis. Vnde possumus intelligere sub caelestes has aquas id est angelicos exercitus ad unū locū ad unius scilicet hominis bonū salutēq; p̄curatā cōgregatos p̄ qua & mittuntur ad nos & nunc lectū quietē nūc et uigilābus nobis: alius atq; alius & formis & locis & tēporibus apparēt. Quæ inia quo pacto sit accipiēda nūc demum cognoscemus cū & quo pacto id sit uerū: quod dicit Moles: aquas scilicet ad locum unum fuisse congregatas: minimum ad uerterimus. Neque enim illud ita est uerū ut nusquam distinctis discluisiq; in locis aquæ inueniantur: cum indicum mare ab hircano hircanum ab adriatico adriaticum ab

euxino: innumera præterea fluuios; fontiu lactuq; flueta longissima locoꝝ inui-
 cem intercapedine difpescantur. Sed ideo ad locum unum congregatz aque dici
 tur: quia particulares hæ atq; diuſa a quaz collectiões uel marinz uel fluuiariles
 oēs ut inquit Solamon ad primaniū mare tendentes i unū oceanū locū uniantur &
 cœunt. hæud aliter ē nobis de his angelis intelligendū: q; sublunaria curāt. Diuerſis
 enī diuerſi corporalibus rebus aliſq; ab homine præſunt. Quomā quēadmodum
 platonici: ita & noſtri crediderūt uariis mūdi huius corruptibiles rebus uarias ſpi-
 ritales ſublūarias a deo præſectas. Quo-circa & Auguſtinus nullū eſſe uſibile rē apud
 nos cui nō præſit angelica poteſtas: & corpora oīa p rōnalem ſpiritū uite regi con-
 ſtāter aſſeruit: id qđ & Gregorius poſtea cōfirmauit. Origenes ſimiliter i cōmenta-
 riū ſi libe um numeroꝝ opus eſſe inq; mundo angelis: q; beſtiis præſunt & aſialium
 natalibus uingulorūq; & plātanonū & ceteraz reg; incremētis. In qua ſinia cum
 eſſet & Damascenus credit angelū q; peccauit ex his fuiſſe q; deſpicatiſſima no-
 ta ſint: & terreſtri ordini præſunt. Verum quemadmodum hæc oīa infra hominē
 ad hominem referuntur: ita & oīs circa hæc angelos: cura illi poſſimum ſubancil-
 latur & ſeruit opere & ſtudio ut curent humana & noſtra auxiliātes imbecillitati
 efficiant: quantum quidem patimur ipſi ut pie atq; feliciter uitā uiuamus. Quaz
 re & qđ ſibi uelit illa aquaz collectio ſtatim Moſes intulit ut terra det fructū her-
 bas plātas & arbores. Quaz autem hæc terra eſt præter eam de qua ſcriptum eſt
 gen. 1. q; alia q;dem aſſert fructum centeſimum alia ſexageſimum alia trigēſimum.
 Terra utiq; animi noſtri: de qua Paulus hæc uerba. Terra excipiens frequenter ue-
 nientem ſup ſe ſibem ſi generet herbas oportuna his q; bus colitur papiet benedic-
 tionem a deo: quaz uero ſpinas & tribulos proſert reproba ē & maledicto prima:
 Cuius ſinis i aduſtionem. Curemus igitur & nos det terra noſtra fructū i tempo-
 re ſuo: det qđ herbas purgatorias uirtutes: id eſt ſcientiā & ſapientiā qđ maiores fru-
 ctioꝝ: det abſolutā pfectāq; uirtutē qđ libani cedros: ut ſit ſinis eius benedictio nō
 ſit aduſio: Et audiamus dicentem patrem. Ecce odor ſiliū mei ſicut odor agri pleni
 quem benedixit deus. Nec miretur quiſpiam aliud calum nobis & terram primo
 die ſignificare: aliud nunc firmamentum & auidam id quod etiam in ſuperioribus
 libris obſeruauimus: quando & Origenes & Baſilius & pleriq; alii uolunt aliud eſſe
 apud Moſem calum et terram primo die: aliud æidā & firmamentū die ſecūdo.

Caput quintum.

Fauēt autē terra huic noſtræ caeleſtes etiā uirtutes. Poſita enī i firmamēto & ſol &
 luna & ſtella ut terrā noſtrā illuminent. Vide q; hæc Dionyſiacus myſteris apte cō-
 ueniāt. Dicimus de ultra hierarchia delegata curātis rebus quaz ſūt ſub luna id eſt
 humanis. Nūc de media agitur: cui caeleſtium adminiſtratio demā data. Neq; erit
 de tertia ſimiliter expectādū ut dicat: de qua dictū nihil præter ea q; dicta ſunt:
 eſſe ſcilicet eā ſupceles id eſt ſupra oſm actiōis motū ſupraq; reg; oīum mūdanaz
 adminiſtratiōem cōtemplatiōis tm addicta. hoc autē loco nec uidentū nec alienū a
 ſacris litteris exiſtimemus q; lunā & ſolem uocet nō q; uidemus ſydera ſed rectores

Præfecti an-
 geli corpora/
 libus rebus
 Platonici
 Auguſtinus
 Gregorius
 Origenes

Damaſcenus

Terra d qua
 i euāgelio

Paulus

Origenes
 Baſilius

Dionyſiacus
 Myſteria

Historia re-
gum

luna & solis angelicas uirtutes. Nā & scriptura eū dicit hominem dei filiū fieri per
grām: hūc nō intelligit quē uidemus caducū & fragilē: sed q̄ regit hūc ip̄m quē nos
uidemus. & Regū historia legimus iuxta hebraicam litteraturam Salamonē his
uerbis orantē. Exaudi o caelum: ubi non caelum tamen: sed cali ac terra: rectoē &
dominum deum appellat. Ita & nos hoc in loco cum solem audimus & stellas nō
lydera: sed lyderum praefides angelos intelligamus: qui cum ipsi sint inuisibiles: in
uisibilem etiam terram illuminant: substantiam. L. animi nostri: Nec aut temere
aut uulgariter dictum statuta illa ut illuminent. Sed tam proprie tam consono hūc
quā attulimus: ut si non aliunde: hinc certe expositio nostra maxime cōp̄tobetur.
Cum. n. (ut tradit Dionysius) tres sint actiones angelicae: purgatio illuminatio: &
perfectio: sic sunt distributa: ut purget ultimus ordo supremus perficiat. medius
autem hic: de quo nunc agimus illuminet. Purgant igitur terram nostram a qua
inferiores: unde & nuda sub aspectum uenit: Purgatam caelestes illuminant. Sūp̄
caelestes igneo quodam rore atq; uiuifico perficiūt & fecundāt: ad tantam saepe le-
licitatem: ut non saluatae iam herbas sed ipsum germinet saluatoreem: & non una
uirtus sed Christus plenitudo omnium uirtutum formeret in nobis.

Christus ple-
nitudo omni-
um uirtutu

Caput sextum

Elaias
Ezechiel
Veteres he-
brei
Virtutes an-
gelicay legio-
num

Sequitur dari ab elementis habitatorum multitudinem pisces aues & bruta: ubi
me magna profecto angustia tenuissent quales nullū abbi in toto hoc nostro ope:
nisi praesto mihi esset & Elaia apud quem alata legimus Saraphan: & Ezechiel
apud quem si hebreis credimus & aues & bruta spiritales etiam nobis substantias
inducant: nisi accurrerent suppetiarum ueteres hebrei: qui omnes hoc loco angelicā
multitudinem insinuari uolunt a Mose. Dicamus igitur sectantes horum ueliv-
gia redargui hic a propheta errorem philosophorum: qui crediderunt principales
quidem aliquas esse substantias intellectuales: sed negauerunt singulas ex illis
(quod dicūt theologi) numerosa deinceps multitudini ut legionibus duces praesse
Cū ergo nouē ordies angelicos cogitamus siq; unūq; q; ordo suū ducē sortitur si-
gamus aō ducē illū & principē q̄m maximā spherā tum sequacē exercitū q̄m spher-
ta illius habitatores & ornamentum sicut in aqua pisces in aere: ues in terra bestia-
as in sphaera octaua lydera cogitamus. & uerū erit illud Danielis decies milia assis-
sabant ei. & mille milia ministrabant ei.

Daniel

Caput septimum

Postremo hominis meminit nō quia homo sit angelus: sed quia angelici mundi si-
nis & tertius quemadmodum & de natura corruptibili agens hominem etiam attu-
lit illius: natura: nō partē sed principū & caput: Quo sit ut ad tres mundos trac-
tatus hominis pertineat ad eum qui sibi est proprius & ad utrūq; extremum in cor-
poreum. s. & elementarem: quorum ita est medius ut alterius finis: alterius princi-
pium statuatur. Sed usdeo paratum laqueum nostrae expositioni: cum subiciatur
praesse hominem piscibus maris aibus & brutis. Nam si illa nobis naturam an-
gelicam significat: quo pacto uerum erit quod scribitur praesse hominem illis quē

deminutum ab angelis & sciunt philosophi & propheta testatur. Adsit ille nobis & laqueum conterat qui & contriuit Sathani sub nostris pedibus Iesus christus primogenitus omnis creature. hic laqueum profecto conterit & nodum omnem soluit & abiumpit: quoniam non solum in eo in quo tota diuinitas corporaliter habitauit adeo sublimata est natura humana ut homo christus qua homo est si credimus Dionysio angelos doceat illuminet & perficiat: tanto ut inquit Paulus melior angelis effectus quanto differentius praeter illis nomen hereditauit: Sed & nos omnes quibus data potestas filios dei fieri: per gratiam cuius datus est Christus: supra angelicam dignitatem euehi possumus.

Iesus christus
primogenitus
omnis creature
Dionysius
Paulus

EXPOSITIO QUARTA DE MUNDO HUMANO IDEST DE HOMINIS NATURA.

Prohemium Libri Quarti.

Postquam de omnibus mundi partibus de qua omni natura caelesti angelica & corruptibili tractatum satis a propheta ostendimus: reliquum (si promissi memores sumus) totam iterum lectionem de homine interpreta-
ri: hoc re ipsa comprobatur: nullam esse in uniuerso hoc opere orationem: quae uti de tribus mundis de quibus actum superius ita de hominis etiam natura reconditis sensus & ueritates altissimas non complectatur. Nec manus fecerimus operepretium si in hac quarta explicanda enarratione diligentes fuerimus quam factum in superioribus. Quam utilis. n. homini quam necessaria sit sui cognitio (ut preteream litteram delphicam) ita est a Platone in primo Alcibiade demonstratum ut nihil fecerit reliquum posterioribus quod super hac re quasi nouum afferre temptarent. & profecto improbum ac temerarium illius studium: qui adhuc sui ignarus adhuc nescius an scire aliquid possit: rerum tamen: quae tam procul ab ipso sunt: cognitionem sic a uadente affectat. Redeamus igitur in nos: & uideamus (ut ait propheta) quanta bona fecit deus anima nostrae. Ne si forsitan in se met agnoscenda minus diligens fuerit audiat patrem dicentem in canticis. si te ignoras o pulcherrima mulierum egredere & abi post uestigia gregum tuorum. Videtis quae nos maneat parua nostra ignorantia. Abundum est enim: a parte. scilicet. quam abitionem & exhereditatio sequitur: quae quid in se latet? Egrediendum item est: utique ex nobis. Neque. n. apud se est animus: qui se ipsum non uidet. Qui autem se exit a se diuellitur: quo quid acerbius? Eundem tertio post uestigia gregum nostrorum. id est. post brutorum uestigia: quae sunt in nobis: de quibus in expositione satis dicemus: quo quid miserius? quid despicacius & contempnibilis? fieri. scilicet. pedes equos bestiarum: quae nos ducos natura statuerat. Igitur non post brutos: sed post Moleos uestigia scedentes ingrediamur nos ipsos: ingrediamur animi penetralia ipso nobis propheta aditum referante: ut & in nobis cum mundos oes tum & patrie & patriam feliciter agnoscamus.

Littera delphi-
ca
Plato

Triples par-
ua ignorantia
nisi sui
Supra se
A se
Post se

Capit primum.

C

Priusq̄ iuxta uerba ordinemq̄ prophetae expositiōem accuratius degeramus oportet s̄ari aliqua de hominis natura obire q̄ dictiōes aliquas exponere: ut totius de inde sensus apertior sit intellectus. Cōstat homo ex corpore & anima rationali. Rationalis animus calum dicitur. Nam & calum animal a se ipso motum uocat Aristoteles: & animus noster (ut probant platonici) substantia est se ipsam mouens: Cælū circulus est: & aīus ipdē est circulus: quinimmo ut scribit Plotinus ideo cælū circulus: q̄ aīus eius circulus ē. Cælū in orbē mouetur, aīus rōnalis a causis ad effectus se transferens: rursumq̄ ab effectibus recurrens in cās ratiocinationis orbe circū uoluitur. Atq̄ hæc quidem si singula essent enarrāda his: qui alibi ea nō legerūt: nō Moyses iam: sed Aristotelis Platonisq̄ essemus interpretes. Corpus dicitur terra: quoniam terrosa & graui substantia est. Quare & de humo factū (ut scribit Moyses) homini dedit appellationem: Verum iter terrenum corpus & caelestem animi substantiam opus fuit medio uinculo: quod tam distantes naturas inuicem copularet. huic muneri delegatum tenue illud & spiritale corpusculum: quod & medici & philosophi spiritum uocāt. Quem & diuiniorē esse natura q̄ elementa & cælo proportiōe respondere: Aristoteles scribit: hic lux nūcupatur: qua cognominatio cōuenire magis nō posset philosophorum sententiæ & medicorū: quorū oīum cōmunitis est cōsensus: esse illum substantia maxime lucida: & nulla re magis q̄ luce gaudere foueri & recreari. Accedit q̄ quemadmodum oīs calorū uirtus (ut scribit Auicenna) uehiculo lucis ad terrā trāllertur: ita omnis animi uirtus: quem calum uocauimus: oīs potestas uita. s. motus & sensus lucido spiritu intercedēte ad hoc corpus terrenum: quod terram uocauimus comeat & trāllunditur: Descēdamus iam ad uerba prophetae. apud quem primo uidemus creati cælū & terram extrema. s. noustræ substantiæ uim rationalem: & corpus terrenum quæ postremo cum sit lux. i. lucidus accedit spiritus: sic uniuertur: ut ex uespere & mane. i. ex corporis nocturna & matutina animi natura unus sit homo. & qm̄ (ut ostēdimus) per hanc lucē oīs ut talis sensualisq̄ uirtus ad terram nostrā descēdit: merito ante lucis natale terra fuit inanis & uacua. Cui uitæ motusq̄ beneficia nisi per internūtiū lumen participare suū cælū non poterat. Quare & statim causam adiungit inanitatis: quia. s. super eam adhuc tenebræ erant luce non dum exorta.

Caput secundum.

Sed restat adhuc querēdū qd̄ illud sibi uelit. & spiritus domini ferebatur sup̄ aq̄s Traditur hic de aquis indiscreta & uniuersalis doctrina: quæ die sequenti magis distinguitur: cū alias docet esse quæ sunt sup̄ cælū. alias quæ sunt sub cælo. Quorū oīum si uerū sensum desideramus cōsulamus ipsam naturā quā noster p̄pheta (ut saepe diximus) adamussim effigiat & representat. Factā uidimus mētionē de tripli et parte humana substantiæ uidelicet de rōnali de mortali hoc corpore & medio spiritū. Duæ reliquæ sunt. Nā inter partē rōnalē qua homines sumus & omne illud qd̄ corporēū est: nobis siue sit crassum siue sit tenue & spiritale media ē pars sensualis qua brutis cōmunicamus. & qm̄ nō minor nobis cū angelis q̄ cū brutis cōmuni

Animus rationalis
Aristoteles
Platonici
Plotinus

Corpus
Spiritus

Aristoteles

Auicenna

Anima sensualis

ratio quæ admodum infra rationem est sensus: unde cõmentum cum animalibus ita supra rationem intelligentia est per quam dicere illud Ioannis possumus. Societas nostra cum angelis est. Vides quod infra quod supra nãram sit rãonẽ. Quid si rão cælum dicitur (ut cõprobauimus) manifestum tam quod si nobis aquæ supercaelestes: quod itidem subcaelestes. Diuersa autem ratione utriusque parti intellectualem. scilicet & sensuali aquarum: congruit appellatio nisi quia diuinaque illuminationis radiis maxime peruenit: hinc quia caducis rebus & fluxis inhæret & deletur. Cuius diuersitatis satis nos admonet: cum hæc statuit sub cælo ubi fluxa omnia atque caduca illa supra cælum ubi sinceræ & perpetuæ intelligentiæ administratio. Cum igitur primo die spiritum domini incubantem legimus aquis (interque aquarum bilariam discretæ utriusque de his aquis quæ sunt sub cælo dictum non accipiemus: quoniam super has non spiritus domini: sed cælum potius deferretur. Reliquum ut de his dictum sit quod sunt super cælum. Unde nobis maximum dogma de anima referatur. Intellectum enim quod est in nobis illustrat maior atque adeo diuinus intellectus siue sit deus (ut quidam uolunt) siue principia hominum & cognata mens ut forte omnes graeci ut arabes ut hebreorum plurimi uolunt. Quia substantia & iudei philosophi & Abunafar Alpharabius in libro quem scribit de principibus expressis uerbis spiritum domini appellauit. Nec factum sine causa ut priusquam hominem ex aëre & corpore uinculo lucis cõstitueret huius rei meminisset: adesse delationis spiritus super aquas: sed ob id factum ne forte crederemus non adesse spiritum huic nostro intellectui nisi cum esset corpori copulatus. Quod & Moyses ægyptius & Abubacher arabes: & quidam alij falso crederunt.

Caput tertium.

Restat ut exponamus quod sit quod autem aquas quæ sunt sub cælo id est sensuales uires quæ sub parte sunt rationali congregari ad locum unum. Manifestissimum autem hoc non omnino rusticis philosophis. Nam sensuique omnes uirtutes ad sensum quæ ex re ipsa uocamus cõmune: hic autem si Aristotelem sequimur est in corde: uti flumina ad mare cõfluunt. Nec absurde dixerimus ab eo mari quinque corporis sensus: quos uidemus auditum uisum gustum tactum olfactum quali quæque maria mediterranea diffusos intrare corporis cõmentem: quod apta in tehetero platonis facta fuit. & quoniam ex pfectione sensum uiam uisum quæ ex hac ad suum fontem collectione intelligimus corpori quod uocamus terram & uitam & salutem & nutrimentum: puenit recte: post illam aquarum congregationem terram sicut statim uiridem & florentem. Præstiti enim a natura sensus omnibus mortalibus ad uitam corpori salutemque procurandam: ut per eos cognoscant quod sibi noxia quæ salutaria tum cognita per appetentiam sensibus annexam illa respiciant hæc desiderent: postremo per coniugem potestatem motricem fugiant mala utilia persequantur. Videt oculus cibum: olfaciunt nares: accedunt pedes: capiunt manus: palatum experitur. Quæ omnia ideo dicimus ut cognoscamus apte coniunctam stabilimento aquarum: id est sensitiuarum: uiriam: terræ quæ iamdiu nobis corpus significat uberem felicitatem.

Caput quartum.

At uero cum multis rationalis natura & uiribus & potentia distinguatur denuda eius substantia supra est dictum. Nunc de ornatu atque ut ita dixerim regia eius supellecibile

Ratio
Intelligentia
Ioannes

Intellectus di
uinus ipartici
patus
Graeci
Arabes
Hebrei
Abunafar
Moses ægypti
us

Abubacher
arabes
Collectio aquarum
ad locum
unum
Aristoteles
Plato

dicendū. Hoc est q̄ scribit posita in firmamento lunā solē & stellas. & q̄dē philosophi iuniores solē intellectu q̄ actu est lunā eū q̄ est potētia forte interpretantur. Sed quō nobis magna de hac re cū illis cōtrouersia nos interim sic exponamus ut qua parte ad aquas superiores ad domini spiritū alius uergit p̄pterea q̄ totus lucet sol nuncupatur: quā uero aquas inferiores id est sensuales potēcias respicit: unde infectiōis aliquid cōtrahit maculā lunā habeat appellationē. Solē hoc modo accepit̄ graeci platonici *Διαφανή* lunā uero *Δυσή* p̄ suā doctrinā dogmatis appellaret. Quoniam aut̄ dum a patria peregrinamur: & in hac uitā plēnis nocte & tenebris uiuimus ea pte plurimū utimur quae ad sensus deflectitur: unde & plura opinamur q̄ scimus: Cū uero dies futurae uitae illuxerit alieni sensibus ad diuina cōuersi sup̄iōi alia pte stelligemus: recte est dictū hunc nostrū solē praesse diei: Lunā at̄ praesse nocti. Inidē q̄a exuti nos moribundā hīc uestē unico solis lumine id cōtuebimur: qd̄ i hac corporeis miserima nocte plurimis uinibus atque potētis uidere potius conamur q̄ uideamus: idcirco unico sole dies lucefcit: nox contra plurimas stellas componendi. s. uim & diuidendi ratiocinandi item desinēdi & quae sunt reliquae: lunā quali minus potēti auulsaes corrogat & conat.

Caput quintum.

Hactenus de utriusq; animi cognoscentibus. Nunc ad eas se trāffert quorū opus appetere ira uidelicet & libidinis. i. cōcupiscētiaē sedes. has p̄ bestias designat & irrationale genus uiuentiū: q̄a sunt nobis cum bestis cōmunes: & qd̄ est insatiatus ad brutālē saepe nos uitā spellunt. Hinc illud caldeoꝝ Vas tuum inhabitāt bestiae terre. & apud Platonē i re. p. discimus habere nos domi diuersa genera brutoꝝ: ut nō sit creditu difficile paradoxon pythagoricū (si recte intelligat̄) i probos hoīes migrare i bruta. Innus. n. atque in nostris adeo uisceribus bruta sunt ut nō p̄cul peregrinā dū sit ut migremus ad illa. hinc fabulae Circeae: & Theocriti illud: quos deae atp̄xerint uirtus. s. & sapientia Circeis poculis labefactari nō posse. Sed uideamus q̄ hoc: brutoꝝ differentiā Moisaica lectio nobis insinuat. Alia ab aquis quae sunt sub caelo: alia a terra p̄ducuntur. Aquae ut diximus significāt sensualē p̄tem quae ē sub caelo: q̄a subest rōni: & illi p̄xime famulatur. Terra est hoc ip̄sum corpus terrenū & fragile quo circūdamur. Cōsideremus igitur an ex affectibus quibus mouemur: alii ad corpustali ad sensum interiorē: quē phantasiā uocāt philosophi: magis atp̄tineat. Ad corpus spectare mihi uidentur qui uel ad cibū uel ad uenerē spellunt. Nā hii nobis dati a deo tum ad tutelā corporis qd̄ nutrimus: tum ad liberatōi procreationē: i quibus sumus sup̄stitēs cū i nobis ipsis occubimus. hūsdē nos abutimur allecti plusq̄ decet uoluptatis illecebra: p̄ gulam & p̄ libidinē curā carnis ut inquit Paulus facientes i desideris. In cuius uerbis ad annotādū nō ē dictū ne carnis curā feceritis. sed ne feceritis in desideris: quia. s. utendū illis ad necessitatē: nō ēt ad uoluptatē: multo minus nostra felicitas in eis cōstituenda. hos ergo affectus p̄ iūmēta & seras intelligamus: q̄ terrae potiusq̄ aquae sortus dicuntur: quia p̄crassiotis huius corporis mēbra & explētur & excitantur & nobis ad eius salutem p̄curati a deo

Platonici

Caldei
Plato
Pythagorici
Theocritus
Circe

Paulus

fuerūt: q̄q̄ illis frāt exitio: q̄ & crapulis marcefcāt & uenere diffoluūtur. Ad aquas aut. i. ſenſum imaginatiōis affectiōes illas referamus: quæ ſpirituales magis & noſtra potius cogitanōis q̄ carnis ſoboles dici poſſunt. Quod genus ſunt quæ ad honores ad irā ad uſionē & cognatas hīs reliquas affectiōes nos uocant. Neceſſaria hæc & uilia modice utentibus. Iracendū. n. ſed intra modū, & ultio ſape opus iuſtitie: & ſua unicuiq̄ tuēda dignitas: nec recuſandi honores: q̄ honeſtis artibus cōparantur. Quod ideo: dico ne cū hac bruta quæ ſenſuales appetentias indicēt deus creauit erit creatiq̄ benedixerit: ſi ſit mala ex ſua natura credamus cum manicheis a malo p̄cipio & nō a bono potius deo cōdita fuiſſe. Bona igit illa oīa & homini ne ceſſaria: ſed nos inde ad ambitionē furorē exardeſcentiā ſuperbiamq̄ excedentes: mala facimus noſtra culpa: quæ ille optimus optima inſtituerat.

Manichei

Caput ſextum.

Videt autē q̄ his quæ diximus adamuſſum cōueniat q̄ ſubiicitur factū a deo hominē ad ſuā imaginē ut præſeſt piſcibus auibus & beſtiis q̄ tum aquæ tum terra pduxerāt: & quē de homine iſ ſupra diſputabamus: ſed nūc primū i eo dei imaginē itelligimus: Vnde illi in bruta dictio & ipeſū. Sic & enim a natura iſtitutus homo ut ratio ſenſibus dominaretur frenareturq̄ illius lege oīs tum iræ tum libidinīs furor & appetētia: ſed oblitterata imagine dei p̄ maculā peccati cepimus miſeri & infelices ſeruire beſtiis noſtris: & cum rege chaldeo diuerſari inter illas humi pro cubere cupidi terrenceq̄ obliſi patriæ obliſi patriæ obliſi regni & date in nobis i pri uilegium p̄ſtitinæ dignitatis. Scilicet homo cum in honore eſſet non intellexit: ſed comparat uſ eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.

rex chaldeus

Caput ſeptimum.

Verum ſicut oīs in primo Adā qui obediuit Sathanæ magis q̄ deo: Cuius filii ſecū dū carne deformati ab homine degeneramus ad brutū: ita in Adam nouiſſimo Ieſu chriſto qui uolūtate patris impleuit & ſuo ſanguine debellauit nequitiā ſpirituales: Cuius filii oīm ſecū dū ſpiritu reformati p̄ gratiā regeneramur ab homine ſ adoptionem filiorum dei: ſi modo uti in illo ita in nobis princeps tenebrarum & mundi huius nihil inuenit.

Ieſu chriſtus
Adā nouiſſi-
mus

EXPOSITIO QVINTA DE OMNIBVS MVNDIS DIVISIM ORDINE CONSEQVENTI.

Prohemium libri quinti.

q̄ Nemadmodū Moſes uti oſtēdimus ſingulis i p̄tibus ſui cōtextus de omnibus ſanctis mūdis intellectuali: celeſti: cōſtituti: hūanoq̄ diſtinxit: imitatus naturā primo naturæ artiſicē deū i ſingulis mūdis oīs cōplexus eſt: ita ad eiūſdē naturā exēplū i q̄ p̄prias ſedes p̄pria iura & peculiare unicuiq̄ leges diſtribuit: p̄pheta ē t̄ n̄ mirabili & p̄fecto diuine artis magiſterio ſcripturā ſuam ita diſpoſuit ut q̄q̄ ubiq̄ de oībus eadē ſacie eodēq̄ uerbo: uelamine diſputaret:

Homérica ca
tena
Platonici an/
nuli

peculiariter tamen singulis mundis singulas sui operis partes consequenti ordine
adiudicaret. Quod ostensuri incipiemus primam particulam de primo mundo. i.
angelico interpretari: tum deinceps reliquas de reliquis aut eam illam homericam
catenam & Platonicos annulos a uia opificis uirtute quasi a uero lapide indoma-
ti herculis appensos in Moseos uerbis sagaciter speculantes.

Caput primum.

Dicturi autem de natura angelica: quæ purus est intellectus: id primum animo
concipiamus mentes esse quasi oculos quosdam. Quod enim est oculus in rebus
corporeis: id ipsum est mens in genere spiritali. Oculus & si mixtura lux substan-
tiæ intime aliquid lucis possideat: ut uisionis tamen munere fungatur externa in-
diget luce: in qua rerum colores: & differentias specularur. Nec est ppterca q̄ sua
natura non sit uisus: & si non uideat nisi beneficio lucis. Nam & aures: ne dicam
in animata: & reliquæ omnes corporis partes collustrantur luce: nec tamen uident.
Id igitur uidendi naturam sortitum est & per essentia lux rationem est uisus: quod
recepta luce uidere potest. Consideremus hac eadem in intellectibus: Intellectus
oculi sunt: intelligibilis ueritas lumen est. & intellectus ipse intelligibilis cum sit in-
time aliquid lucis habet: Quæ se ipsum potest uidere: sed non potest & reliqua.
Verum indiget formis ideisq̄ rerum: quibus uti radius quibusdam inuisibilis lucis
intelligibilis ueritas indubie cernitur. Nec propterea dicendum est ut per exemplū
oculi declarauimus non esse illos natura intelligentes: atq̄ ex accidenti pari cū no-
stris animi conditione intellectualem proprietatem sortitos. hinc illorum manat
sententia qui intellectus appellationem deo indignam existimant. Quia si intelle-
ctum quasi oculum capimus qui non ex se: sed lucis participatione uidet: cum de-
us sit lux: (lux enim est ueritas) & uisio actio sit qua oculus lucem attingit non eget
deus hac operatione qui est ipsa lux: tanto a rerum omnium ignoratōe q̄ angeli re-
motior quanto abest magis a tenebris lucis natura q̄ oculi. Sed redeamus ad ange-
los. Oculus id est substantia intellectualis non omnino est simplex: alioquin adue-
tantis lucis compositionem non pateretur. hinc commune proloquium cōstare an-
gelos ex actu & potentia: q̄q̄ anxia est disputatio quid ille actus quid illa potētia:
& quæ ratio compositionis: quid item Auerrois arabs uoluerit: cum utrūq̄ intelle-
ctum & eum qui actu & eū qui potentia est in omnibus circa deum intellectibus
esse dixerit: sed sufficit nobis quantum attinet ad hunc locum cōmunis sententia
ut cum q̄ accipiatur. Hæc quæ diximus omnia aperit nobis Moses in primo die.
Partitur enim substantiam angeli in cælum & terram naturam. .i. actus & naturā
potentiæ. Eadem autem res uti diuersas proprietates: Ita & diuersa habet cognō-
mina. Quare hic idem actus dum uti uirtus uisum oculo largiens utq̄ potentiæ
consumatio accipitur dicitur cælum q̄ ea sit habitudine ad potentiā: qua est cæ-
lum ad terram. Rursus qua lucis indigus est nec obire per se proprium munus in-
telligentiæ potest per aquas figuratur: Corpus luminis quidem capax sua rament
natura minime lucens. Est & alia ratio similitudinis q̄ ille actus potentiæ: quam

Angeli con/
stant actu &
potentiā
Auerrois ara/
bs

terram uocat: uti aqua terra proxime adest. Sed iam uerbis prophetae congrega-
mur. Creauit deus caelum & terram: naturam actus & naturam potentiae: ex qui-
bus angelum conflat. & terra quidē idest potentia inanis est: & uacua: inanis actū
& uacua luce: quam non nisi a quis incredulens excipit: & quoniam circa idē
fiunt contraria ad idem q̄ pertinet hospitari lucem & tenebras: adiūxit & tenebrae
erant super faciem abyssi. Neq̄ dixit super terram. Abyssus enim nihil est aliud (ni-
si uocabulo abutamur) q̄ aquarum profunditas. Super has aquas forebatur spari-
rus domini: spiritus utiq̄ qui ab apostolo Iacobo, pater luminū dicitur: a quo mos
super eas idest super angelicas mētes lux intelligibiliū formarum exoritur. Quod
intellexerunt forte & saraceni dicentes eductos angelos a deo de tenebris ad lucem
adimpletosq̄ aeterna laetitia. Intelligentiam enim uoluptas consequitur: qua nulla
maior qua nulla uerocius nulla est permanentior.

Abyssus qd
sit
Iacobus apo-
stolus
Saraceni

Caput secundum.

Huic mundo proximus est caelestis. Cuius illa prima proprietas q̄ interstitium
est utriusq̄ mūdi intelligibilis scilicet de quo nunc diximus: & sensibilibus huius quē
nos incolimus. Nec possumus medix alicuius naturae essentiam euidentius indi-
care: q̄ si exprimamus quibus concludatur extremis: quando quidem de extremis
natura media temperatur. Maximam igitur de caeli conditione nobis scientia aper-
it: cum inter aquas & aquas idest angelicas & corruptibiles substantias medium
caelum non tam sitū q̄ essentiae ratione positum dicit. Per aquas autem iam dici-
mus intelligi formas: quae potentiae quasi terra proxime ad sunt: essentiamq̄ perli-
ciant. Quemadmodum autem alia angelorum alia elementorum terra: quae di-
uersa in utriusq̄ potentia: Ita alia atq̄ alia aquarum utrobique ratio idest formarū
est: Iner has uere medium caelum inde diuinam uitam hinc corporationem: in-
de in corruptibilem: hinc uisibilem substantiam: inde essentiae firmitatem: hinc lo-
ci mutationem: inde quicquid idem est simplex & uniforme: hinc quicquid uariū
mixtum & dissimile habet: sic opificis prouidentia disponente sortitum est:

Caput tertium.

Post haec de elementorum integritate & positura & ordine nos breuiter admonet
per collectionem aquarum ad locum unum & praescriptas mari leges ne terram ob-
ruat. Nihil est enim quod magis indicet esse in elementis praeter corporea: bruteq̄
naturae inclinationem inditas leges ab intelligente causa: a qua & reguntur & suis
in sedibus detinentur: q̄ haec aquarum repagula: quibus cohercitus oceanus: cu-
ius ad totum se terrae ambitum impetus ferret: quemadmodū ignis totus toti aeri
incubat quasi tamen uirga admonitus pedagogi pedem refert: nec se ulterius p̄fert
q̄ nostra salus & uita omnium animantium postulat. hoc neque ad materiae ne-
cessitatem quae ad globi figurā oīa potius elementa pariter inclinat: nec ad fortuitū
atomorū concursum: qualem somniat epicurus: nec ad uim seminariā naturae mu-
: aut ait Straton: ignare totius suis referri potest: sed ad solā finalē causam: ad quā

Epicurus
Straton

dirigere solius est mentis & providentiæ intellectualis . Propterea factū ut & hic Moles tractatus de ordine elementorū huius tm̄ rei meminerit : & a prophetis totiens hoc quasi potissimū argumentū diuinæ potentix & sapientiæ afferatur in me diū . Hinc in puerbis cū certa lege & giro uallabat abyssos . hinc illud qui circūde dit mari terminū suū : & apud Hieremiā Me ergo nō timebitis ait dominus : qui posui hærenam terminum mari . Et illud Terminum posuisti : quem non transgre/ dictur : nec operiet terram . Quoniam autem tota elementorum constitutio ordi/ natur admixta ea presertim quæ sunt uiua : ideo rō post terra : aquarumq; ordinē & firmamentum subiicit statim præceptū terræ ut germinaret plantas . cuius alio/ quin operis tractatus ad quintum potius diem spectabat .

Caput quartum .

Postquæ egit de sphaera celesti & elementari : ppter ea q; de tota integritate corporea uniuersitatis : restabat dicendū de incolis & ciuibus (ut ita dixerim) ciuitatis huius mundanæ cū celestibus : de quibus agendū primo quasi de senatu plectisq; urbis : tum ēt terrestribus quasi de plebe & populo . Celestiu igitur primo meminit : q̄ po/ fuit deus in firmamento ut essent in signa & tempora ut luccrent in calo : & terram illuminarēt . solem dico lunā & stellas . Altissima huc per tractanda essent quæstio/ nes : & quæ sibi singula iustū uolumen exposcerent : quo pacto hæc sint sydera i fir/ mamento : an uni partes eius nobiliores : qd̄ sentiūt peripathetici : an ut alia i suis spheris : si aqua p̄scos iumenta i terra : qd̄ Eusebius Medus & Dyodorus uolūt . Cō/ gressum huc itē locus cū gentiliacis sibi exposceret diuinandi p̄ astra & prænotē/ di futuros euentus scientiā hinc cōstruātibz q; Moles sydera in signa posita a deo dixerit : scientiā nō modo a nobis ut a Basilio : qui recte eā occupatissimā uanitatē uocauit : & ab Apollinario & a Cyrillo & Dyodoro acriter taxatā : sed quæ & boni peripathetici respuunt & Aristoteles contempsit : & q; est maius & a Pythago/ ra & a Platone & ab oibus stoicis repudiatam fuisse auctor est Theodorinus . Que rēdū hic etiā de natura syderū : de motu : de principatu : de lunæ maculis doq; omni/ syderali scientiā aliquibus forte uideretur . Verum ad hæc si descendamus q̄q; sint pulchra & digna cognitu : audiemus fortassis horatianum illud . Sed nunc nō erat his locus . Quare ad opus hæc destinatū differimus : quo Aristotē Platoni cōciliā/ tes uniuersam philosophiā pro uiribus tractandā examinandamq; susceperimus .

Caput quintum .

Peripathetici
Eusebius
Dyodorus
Contra gene/ thiacos
Basilius
Apollinarius
Cyrillus
Dyodorus
Peripathetici
Aristoteles
Pythagoras
Plato
Stoici
Theodoritus
Horatius
Cōcordia pla/ tonis & Ari/ stotelis
Plinius
Marsilius Fi/ cinius

Veniamus igitur ad Mosē : qui postq̄ de celestibus dixit : terrestriū animalium meminit ordine congruenti : quæ uel aquas uel terrā uel aerē inhabitant : si tamē inhabitare aerem uol ueres dici possunt . Nemo hic expectet aut exigat a nobis di/ sputationē quo pacto corpora animalū ex elementis aut qd̄ sint indite a deo natu/ ris rerū seminaria rōnes : sit ne itē uita brutorū de sinu educa materiz : an a diuino potius principio oīs uita proueniat : ut cōstantissime assentit Plotinus : quæ mox lati/ ne legēdū dabit i publicā utilitatē Marsilius Ficinus noster lōgioribus ēt argumētis illuminatum . Cui sententiæ suffragari fortasse uidebitur hoc loco p̄pheta : cū post

quæ dicitur: pducant aquæ reptile animæ uiuentis. adiecit postea creauit deus omnē animam uiuentē ubi nō id dicitur q̄ sp̄iā obseruaret: q̄ & aqua pducit deo subēte: et deinde ēt deus pducatur. Verū & illud qd̄ ubi de dei opere agitur scriptū est creauit deus animam uiuentem: ubi autem de aquis nō animam: sed reptile animæ uiuentis: quasi aquis uehiculum potius animi idēst corporis mixtio accepta referatur: deo autem idēst diuino principio animæ substantia: quæ uitæ datrix motus & sensus tēperato iam corpori extrinsecus illuceat. Sed de his alias. Inter animalia terræ tria memorat Moyses iumenta reptilia & bestias: in quibus tres differētiās brutorū irrationalium: quibus nec plures sunt: in cōmune nobis insinuat. Sūt enī bestię quæ pfecta sunt phantasia medium inter irrationalia locum sortite: erudiri autem ab homine aut mansuescere nesciunt. Sunt reptilia quæ imperfectā habēt phantasia media quasi inter bruta & plantas. Sunt iumenta: Quæ & si carent ratione disciplina tamen humana quoquo modo capaces cum sint: rationis aliqd̄ participare uidentur mediam quasi sortita conditionem inter bruta & hominē.

Caput sextum.

Hactenus de tribus mūdiis supercaelesti caelesti & sublunari. Nūc agendū de hominē: de quo est scriptū. Faciamus hominē ad imaginē nostrā: qui nō tam quantus est mundus quasi noua aliqua creatura q̄ trium quos diximus cōplexus & colligatio. Est aut̄ plerūq̄ cōsuetudo a regibus usurpata & principibus terræ: ut si forte magnificē & nobilem ciuitatē condiderint iam urbe absoluta imaginē suā in medio illius uisendam oībus spectandāq̄ cōstituunt. Haud aliter Principē otium deū fecisse uideamus: qui tota mūdi machina cōstructa postremū cōm hominē in medio illius statuit ad imaginē suā & similitudinē formatū. Sed ardua est quæstio cur hoc priuilegium sit hominis imaginē habere dei. Nam si Melitonis explorata infamia: qui humana effigie deum figurauit: ad rationis mentisq̄ naturam recuramus: quæ uti deus intelligens est inuisibilis item & incorporea inde utiq̄ cōp̄o habimus esse hominē similem deo præsertim qua parte i animo trinitatis imago representatur. Verum agnosceremus hæc eadem quanto in angelis sunt q̄ in nobis & potiora & contrariā minus naturæ ad mixta tanto cum diuina natura plus similitudinis & cognitionis habentia. Nos autem peculiare aliquid in homine quartimus: Vnde & dignitas ei propria & imago diuinæ substantiæ cum nulla sibi creatura cōmunis cōp̄eratur. Id quid esse aliud potest: q̄ q̄ hominis substantiā (ut græci etiam aliqui interpretes inuunt) omnium in se naturarū substantias & totius uniuersitatis plenitudinem re ipsa complectitur: Dico autem re ipsa quia & angeli & quæcunq̄ creatura intelligens in se quodammodo continet omnia: dum plena formis & rationibus omnium rerum omnia cognoscit. At uero quemadmodum deus non solū ob id qd̄ oīa intelligit: sed quia in se ipso ueræ rerū substantiæ pfectionē totā unit & colligit: Ita & hō (q̄q̄ aliter ut ostēdemus alioquin nō dei imago: sed deus est) ad itegritatem suæ substantiæ oīa totius mūdi natura corrogat et cōmit. Qd̄ de nulla alia creatura siue angelica siue caelesti siue sensibili dicere possumus.

Tres genera/
les differētiæ
brutorum

Meliton

Qua in par/
te hō dicitur
similis deo

Græci interpre/
tes

Diuerſitas in
ter deū & ho
minem

Eſt autē hæc diuerſitas ſicut deū & hominē: q̄ deus in ſe oīa cōtinet: uti oīum primū
pium: hō autē in ſe oīa cōtinet uti oīum mediū: quo fit ut i deo ſint oīa meliore no
ta: q̄ in ſe ipſis: in homine inferiora nobilitati ſunt cōditiōe: ſuperiora autē degenerēt.
Sunt ignis aqua aer & terra pueriſſimā p̄prietatem naturæ ſue increaſſe hoc & ter
reno hominis corpore: qd nos uidemus. Eſt p̄ter hæc ſpiritale aliud corpus diuini
us: ut inq̄ Ariſtoteles: q̄ elementa: qd calo p̄prietate reſpōdet. Eſt p̄terea in homi
ne uita plantarū: oībus hiſ apud eum q̄bus & apud illas muneribus ſurgens nutri
endi augendi & generādi. Eſt ſenſus brutorū tā intimus q̄ exteruus. Eſt caeſti ani
mus rōne pollens. Eſt angelicæ mentis participatio. Eſt hæc oīum ſimul in unum
cōfluentiū naturarū: uere diuina poſſeſſio: ut libeat exclamare illud Mercuri. Ma
gnum o Aſclepi miraculū eſt hō. hoc p̄cipue nomine gloriari humana cōditio pōt:
quo etiā factū: ut feruere illi nulla creata ſubſtātia dedigneret. Huic terra: & ele
menta: huic bruta ſunt præſto & ſamulātur: huic militat calū: huic ſalutē bonūq̄
p̄curāt angelicæ mētēs: ſi qdē uey: eſt: qd ſcribit Paulus: eſſe oēs adminiſtrationes
ſpiritus i miniſterū miſſos propter eos qui hereditati ſalutis ſūt deſinati: Nec mi
rum alicui uideri debet amari illū ab omnibus: in quo omnia ſuum aliquid immo
ſe tota & ſua omnia agnōſcunt.

Ariſtoteles

Mercurius
Suprema ho
minis digu
tas

Paulus

Caput ſeptimum.

Homo terre
ſtrum & ca
leſtū uincu
lū & nodus ē

Homini mancipantur terreſtria: homini ſuēt caeſtia: igit & caeſtū & terreſtū
uinculū & nodus eſt: nec poſſunt utraq̄ hæc nō habere cū eo pacem: ſi modo ipſe
ſecū pacem habuerit: qui illoꝝ i ſe ipſo pacē & ſœdera ſancit. At cauēamus quæſo
ne in tanta dignitate cōſtituti nō intelligamus: Verū illud ante oculos ſemp̄ animi
habeamus uti & certū & exploratū & indubiū ueritatē: ſicuti ſuēt oīa nobis eam
legē ſeruātibus q̄ nobis eſt data: ita ſi p̄ peccatū p̄ legis ſuaricationē de orbita deſe
erimus: oīa aduerſa iſteſta inimicūq̄ habituros. Rationabile enim ut quæ admodū
nō modo nobis: ſed uniuersū: qd in nobis cōplectimur: ſed auctori ipſius mundi
omnipotenti deo iniuriā facimus: experiamur et oīa: quæ in mūdo ſunt: & deū in
primis potentiffimos uindictæ & acceptæ iniuriæ grauiffimos ultores. Hinc exti
memus: quæ poena quæ ſupplicia maneat tranſgreſſores diuinæ legis. Hi ſunt
qui: (ut dixit oraculum) Δ αμάρτω α φορτωσι περι χθονα και περι τον /
τορακαματος Δ αμάρτω υπα μαστιγι θωιο. id eſt q̄ pergunt circa ter
rā & circa pontum & in leſſi domātur ſub uerbete dei. hos calū. hos terra: hos tota
mundana: rei. p̄. incōcuſſa iuſtitia fulminat: & p̄ſequitur. Rei ſunt enſ uiolatez uni
uerſitatis: & laſæ maieltatis diuinæ: Cuius imaginē ſœdiſſima iniquitatis maculā d̄
turparunt. Hinc lactum ſortalle: ut apud p̄phetas cū qd a deo aut p̄ceptum aut
uerbum promulgatur cibentur calum & terra teſtes. Quia & p̄ceptū aſgreſſio
illa etiā uiolet: & de cōmuni accepta cōtumelia ipſa quoq̄ de improbis dum deo
miniſtrant poenas ſunt acceptura. & omnino omnem inſūniam ſuperat adduci ut
credamus cuiſpiam in ciuitate aliqua poſito decorato ſummis honoribus licere in
principem: in uniuersam rem. pub. de ſe optime meritam impune delinquerē: ac

Oraculum

nō potius dari illū torquēdū statim & cruciandū literibus & carnifici: aut totius populi cōsensu lapidibus obruēdū. Sūt autē carnifices: Sūt iustres i hac dei re. p. ipro
 bi demones utilissimo ministerio addiēti i pēnā antiq̄ sceleris. hinc illud Pauli Tra
 didi illū Sathanā i iētētū carnis. hinc demonis ultoris ēē apud Orpheū cognomi
 natio: si forte nostris minus credamus. Quēadmodū autē scēdera hominū oīs crea
 tura odit & execratur: ita recta illius uita & institutio oībus grata ē: oībus placet.
 Necq̄ enim (ut ita dixerim) nō admitti i participatū et boni eius & mali oīa possūci
 quæ tam arctū nexu illi implicita & cōiūcta sunt. hinc illud euāgelicū: Si pēnitū
 ir peccator exultare letitia oēs angelos: hinc mysteriū illius apta ratio: qđ alcōditū
 fuit a seculis: ut corrupta in primo Adā & deturbata de suo statu natura nostra p
 Christi crucē in flauraretur. Scilicet nostra cō filius dei & hō sit & cruci affigatur.
 Nā & cōgruū fuit ut q̄ est imago dei inuisibilis primogenitus oīs creature in quo
 cōdita sunt uniuersa: illi copularetur unione ineffabilis: qui ad imaginem factus ē
 dei: qui unicum est omnis creature: in quo cōdita sunt uniuersa. Nec erat si cū
 homine tota natura periclitabatur eius iactura aut negligenda aut reparanda per
 alium q̄ per quem tota fuerat in flurata natura.

Improbi de /
 mones
 Paulus
 Orpheus

EXPOSITIO SEXTA DE MVNDORVM INTER SE ET RERVM
 OMNIVM COGNATIONE.

Prohemium Libri Sexti.

EVS unitas est ita ternario distincta: ut ab unitatis simplicitate nō discē
 dat. Est trinitatis diuina: i creatura multiplex uestigiū. Nos hoc unū dū
 taxat hic attulerimus adhuc q̄ scīa a nemine allatū: q̄ quā i creaturis uni
 tatē uidemus: dispartitā triplici rōne deprehēdimus. Est. n. primū ea i rebus uni
 tas: q̄ unū quodq̄ sibi ē unū sibiq̄ cōstat atq̄ coheret. Est ea secūdo: p̄ quā altera
 alteri creatura unūat: & p̄ quā demū oēs mūdi ptes unus sunt mūdu. Tertia at
 q̄ oīum principalissima ē: q̄ totū uniuersum cū suo opifice q̄si exercitus cū suo du
 ce ē unū. Adeēt trifaria hęc unio unūcūq̄ rei p̄ suā unā simplici unitatē deriuatā
 ab illo uno qđ & primū unū & trinū simul atq̄ unū ē: a patre in quā filio & spiri
 tu sancto. Nā & patris potestas oīa pducēs suā oībus largitur unitatē: & sapiētia
 filiū uite oīa disponēs oīa inuicē unū & copulat: & spiritus amor ad deū oīa cōuer
 tens totū opus opifici nexu caritatis adnūgit. Quēadmodū autē ut magis inuimus
 Ita magis unus ē nobis deus q̄ ip̄s nobis: rursus una quæq̄ res arctius sibi q̄ aliis
 mundi partibus iūgitur: ita uniuersæ caritatis ordinē edocti si legē diuinā nature
 tabulis inscriptā seq̄ uoluerimus primo deū ipsum supra nos supraq̄ oīa: secundo
 loco nos ipsos: Tertio primū diligemus. Propheta autē noster de ea unitate: q̄ unū
 quodq̄ sibi est unum: tunc satis dixit: cum rerum omnium sigillatim naturam exā
 minauit. De illa autem: qua deo unūmur: tractatu proximo agetur. Vbi de felici
 tatis summa disputabimus. Reliqua ea est: qua diuersæ partes mutuo sedere inui
 cem copulantur: de qua in p̄sentia a nobis agendum est.

Uestigū tri
 nitatis
 Triplex in re
 bus unitas

Pater
 Filius
 Spiritus
 Radix totius
 ordinatæ ca
 ritatis

Caput primum.

Postquam igitur distinctas rerū naturas uidemus: & separatis (ut ita dixerim) stationibus dispositas: ne crederemus idcirco tantum ex his omnibus unum fieri uersum quia singula a singulis (ut supra ostendimus) pro suae naturae conditione cōtineantur indicare in suo etiam cōtextu propheta ucluit: qui & quot modi essent: quibus naturae rerum inter se inuicem copularentur non solum ad curiosam hanc intelligentiam nos uocans: sed per hoc instruens & demonstrans qua nos uita & ratione his: quae nobis sunt meliora: copulari possimus. Cogitanti autem mihi prius: quae accederem ad uerboꝝ enarrationē quot modi aut eēt aut cogitari possenti: quibus res aliqua inuicem uel affinitatem uel copulam nanciscerētur: & discurrens per omnia dogmata philosophorum: quibus a pueris insudauis haud ultra quam quaedam genera occurrerunt. Quae deinde accedens ad Moſem ita dilucide ita apposite sub indicata ab eo uidi: ut nunquam melius erudiri de illis quinquam posse crediderim.

Caput secundum.

Essētia rei cuius est	Statim igitur in prima die nescio breuius an dilucidius quinque modos complecti: quibus coniungi aliquid aliter potest. Quod enim alteri constructum est: aut eius essentia est aut est essentiae proprietates: aut inest ei uti forma subiecto: aut eum attingit uel sicut transmutans id quod transmutatur: uel sicut ars subiectam sibi materiam. Similiter quinque a Moſe legimus inuicem quasi comparata & connexa caelum & terram: terrā & inanitatē: abyſsum & tenebras: spiritū dei & aquas: lucem & corpora. Primum igitur coniunctionis modum designat nobis terra inanis & uacua: quoniam terra .i. materia sua natura inanis est: nisi aliunde formis adimpleatur. Secundum indicant tenebrae super faciem abyſſi. Nam abyſſus lux qui dēns natura nec lucidus nec tenebrosus: sed illius tamen naturam tenebrae conſequuntur nisi accedens lumen illas fugauerit: quemadmodum & materiae informitatem inanitatēque priuationis tenebrae conſequuntur: donec adueniens eas species expulserit. Tertium ostendit lux oborta corporibus. Est enim in eis lux uti forma in subiecto. Quartum caelum & terra: quoniam non inheret terrae caelum uti forma uel accedens inest rei quam perhorit: sed coniungitur ei uti efficiens patienti & transmutans causa corpori quod transmutatur. Postremi exemplum est spiritus domini: qui fertur super aquas. Artifex enim domini sapientia & spiritalis natura omnino abiuncta a comertio corporis haud aliter iungi corporibus intelligitur: quam ars: quae in mente est architecti: cemento lignis & lapidibus iungatur. Rursum autem & hanc considera consequentiae rationem: esse terram ex se inanem domesticas habere tenebras: tum proxime luci iungi per lucem caelo: per caelum substantiae spiritali. Sed uideamus qualiter haec se habeant in nobis. Terra terrenū est corpus inane uita uacuum sensu: superque ipsum sunt tenebrae mors torpor in efficacia in mobilitas in sensatio: lux uita est: quae illud uegetat excitat agit mouet & sensu
-----------------------	--

predictam reddidit: calum est animus fons illius lucis & spiritus dei est intellectus lu-
men diuini uultus. & de his hoc loco plura etiam q̄ opus sit.

Caput tertium.

Examinemus quid sibi Moses in sequentibus uelit : & uidebimus deos alios modos
ab eo insinuari : in quibus mutuã inter aliqua federationem intelligamus . Pra-
ter enim eos quos diximus sunt rursus & hi : quos numerabimus : quoniam aut ps
aliquid est alterius aut effectus : ut si est pars aut pars indiuidua est a suo toto quo
pacto & sol & luna & stellæ infirmamento sunt aut separabiles quæ admodũ aque
partes ab integritate sui elementi ad quod confluerunt . Si est effectus aut a semi-
naria ratione intrinseca pululat sicuti plantæ e terra pululant : ipsi tamẽ suæ paren-
ti affixæ : & naturalibus uniculis ligamentisq̄ connexæ : aut ex suis principiis con-
star & conflatur : ut mixtum ex elementis : Quo pacto ex aquis & terra animalũ
corpora fiunt : aut causam habet extrinsecam : quæ trifariam diuidi potest in effici-
entem exemplar & finem . Quorum trium exempla habemus a Mose : dum & ho-
minem deus creat & efficit : & creat ad suam imaginem tãquam ad exemplar : &
bestiæ homini subsunt sicutq̄ propter hominem ut propter finem .

Caput quartum.

Diximus de parte & effectu : eademq̄ ratione de toto & causa . Respondent enim
hæ inuicem rationes . Sed neq̄ impleuimus omnia genera cognationis . Nam & de
causa ea est reliqua species affinitatis : qua causa secundaria primariæ obedit & ad
iungitur : sicut cum deus producit aque producunt : & hæ quidem primo : quia p-
xima sunt causa : sed non aliter q̄ deo præcipiente quia causa primaria magis influ-
it q̄ secunda . Similiter est finis secundarius principali appendes & annexus : quod
sapienter significat dicens posita sydera ut lucent in celo & illuminarent terram .
Neq̄ enim bonum inferiorum primarius finis est celestium . Sed id primum inten-
dunt : ut sibi lucent : Tum postremo ut & nos illuminent . Quapropter & apud
Homerum cum aureoram rum solem immortalibus primum nam & mortalibus
exoriri ac lucem ferre legimus . Est item præter hæc omnia & homo homini & leo
leoni cognatus : & tamen leo neq̄ pars neq̄ effectus leonis est : si ab illo genus nõ
sit . hoc propheta significat : cum simul p̄lces : simul aues : simul bestias terre collig-
it & adunat . Est ultima ratio affinitatis : quæ e mediæ naturæ ad extrema . Nam
conuenit homo homini animal animali : quia eandem participant essentia rationẽ
uel specialem uel generalem . At medium non eadem est essentia qua & extrema :
sed temperatum quoquo modo ex illis : ita ab utroq̄ dissentit : ut cum utroq̄ com-
municet . Quod indicatum nobis a Mose : cum ponit firmamento aquarum me-
dium diuidens super caelestes aquas ab aquis : quæ sunt sub celo : ubi quæ sit medi-
natura sufficienter aperit : quemadmodum nos in probemio primi libri & secundo
capite quinti abunde declarauimus .

Cã primaria
magis influat
q̄ secunda.

Homerus

Caput quintum.

Iacobus
Iamblicus
Quid precii /
pue oblerus /
dū in uita

Quid utiles q̄
necessariae la
cre p̄catōnes
Platonici
Pythagorici
Porpharius
Theodorus
Achademici
Indi
Persæ

Apostolus

Admonemur autem & hunc quid factō opus sit nobis: ut naturis melioribus uniamur: in quo uis tota & summa posita est nostra felicitatis. Nam & docet nos prima dies tunc primum aquis depulsa nocte eborant lucem cum spiritus domini eis incubuit: Vnde illud Iacobi significatur. Omne optimum donum desuper esse a patre luminum. Quod ne nostros commemorem: Ita confirmat Iamblicus: ut nihil quāsi uel mediocre promittere sibi posse de se humanam naturam uelit nisi maiori. i. diuino numine sit adiuta. Quod si est uerum & non modo a nostris: sed a philosophis etiā comprobatum profecto omne studium nostrum in eo esse debet: ut conuersi ad supera: quod sit per sacram religionē per mysteria per uota per hymnos preces & supplicatōnes: inde nostræ infirmitati uires quaramus. Hinc Platonice & Pythagorice disputationes a sacris præcibus exorta desinunt in easdem. quibus & Porpharius & Theodorus & omnes achademici nihil utile magis: immo necessarium homini esse uno ore confirmant. Indorum bragmanes & magi persarum nihil aggressi unquā leguntur nisi oratione præmissa. Quæ ideo genium testimonio affert: ut quibus a malo demone persuasum: ut genibus potius credēt q̄ ecclesiæ: uel ab his discant quibus adhibent fidem neque ridendam neque inuilem neque indignam rem esse philosopho operam sūmere & quidē magnā atque assiduam in sacris præcationibus in mysteriis in uotis in hymnis deo iugiter decantandis. Quæ res si quod hominum genus & iuuat maxime & docet: illis præsentim utilis & decora - qui studiis literarum & contemplandi ocio se dederunt. Quibus nihil necessarium magis q̄ ut quos in diuina identidem mentis oculos intendunt: & uitæ integritate depurent: & petita per serulam orationis desuper luce largius illuminent admonitque propriæ semper imbecillitatis cum apostolo dicat sufficienna nostra ex deo est.

Caput sextum.

**Alius myste
rium**

Rursum examinemus quid nos aq̄: quid terre dispositio doceat. Discamus a terra non edituros nos frugem: quam parturimus: nisi inuadentis nos fluxu materis atque eaduce impetum represserimus: depulerimusque & e sedibus nostris exturbauerimus irruentium in nos quasi aquarum uoluptatum gurgites & torrentes. Discamus ab aquis non prius illas existimatas idoneas piscibus procreandis q̄ in unam totius sui elementi integritatem collectæ fuerint. Nam neque nos si diuisi si distractique ad diuersa fuerimus: si non toti collectis omnibus uerbis ad unam seremur intentionem: sobolem dare aliquam dignam nostra diuinitate in lucē poterimus. Continetur autem & hic alius mysterium: quemadmodum scilicet guttis aq̄: ea est felicitas: ut ad oceanū: ubi aquarum plenitudo: accedant: ita esse nostram felicitatem: ut quæ in nobis intellectualis luminis portio est ipsi primo

omniū intellectui primatq; menti ubi plenitudo: ubi unitas: omnis intelligen-
tia aliquando coniungatur.

Caput septimum.

At maximum illud omnium quod firmamenti nobis doctrina significat: ubi uide-
mus non posse aquas inferiores superiorum aquarum beneficio aliquo locupleta-
ri: nisi calo intercedente: quod inter eas medium est collocatum. Ita nos animo p-
ponamus extremorum copulam non nisi per eam naturam fieri posse: quæ media
extremorum cum sit utrumque in se complexa. Ideo illa id est extrema inter se cō-
mode unit: quia in se ipsa illa per proprietatem suæ naturæ prius uniuert. Admone-
mur hinc magni illius sacramenti: quod gentibus stultitia hebreis scandalum no-
bis dei uirtus & sapientia est: non posse hominem deo coniungi nisi per eum: qui
cum in se ipso hominem deo coniunxerit uerus mediator effectus potest ita homi-
nes deo annectere: ut sicut in eo silius dei hominem induit: ita per eū homines dei
filii fiant. Quod si uerum est quod dicimus: non copulari extrema inuicē nisi per
medium: id autem uere medium dici: quod in se ipso iam extrema uniuert: profe-
cto si dispensatio illa ineffabilis in solo contingit Christo: ut uerbum heret caro so-
lus etiam est Christus per quem ad uerbum caro potest ascendere: nec est (ut recte
scripsit Ioannes) aliud sub calo nomen in quo oporteat saluos homines fieri. Quod
diligenter aduertant qui cum Christo se dicunt credere: communem tamen religio-
nem aut suam unicuique: in qua est natus: credunt sufficere ad consequendā fel-
licitatē. Non mihi non ipsis rationibus credant sed Ioanni Sed Paulo sed Christo
ipsi: qui dixit. Ego sum uia. Ego sum hostiū: & qui per me nō intrat fur ē & latro.

Nō posse ho-
mines deo cō-
iungi nisi per
Christū deū
& hominē

Ioannes

Paulus
Christus

EXPOSITIO SEPTIMA DE FOELICITATE QVAE EST VITA AETERNA.

Prohemium Libri Septimi.

ITOTIVS mundi gradus ordinem & naturam sexta absoluta expo-
sitione quasi sex diebus exegimus: Reliquam: ut septimo hoc tracta-
tu quasi sabbato nostræ commentationis de sabbato mundi & quiete
creaturarum: squarum naturā in superioribus instruimus id est de ear-
um felicitate tractemus: aut (ut dicam rectius) tractantem Mosem ut uerum ua-
tem futurorū omniū audiamus. Est autem felicitas (ut theologi predicant) alia:
quam per naturam alia: quam per gratiam consequi possumus. Illam naturalē:
hanc supernaturalē appellant. De prima id est de naturali satis dictum a Mo-
se: quoniam rerum cognita natura naturalem quoque earum felicitatem cognosci-
mus. Reliquam igitur ut doceat de secunda propheta se potius exhibens q̄ docto-
rem: quoniam cum scripsit Moyses non dum erat gratia: sed futurum erat ut effet.

Duplex feli-
citas

Verum quoniam mihi uideat uidere sciolos quosdam dixerim an uappas potius & nebulones : qui se uocant philosophos cum nihil sint minus : ridentes statim & gratiam & felicitatem super naturalem : quasi uana hæc nomina & aniles fabulæ sint: uolui breuiusculam hæc de re cum illis disputationem sicuti probemum face

Quæ uera et
stabilis theo-
logos: opinio
de felicitate
supnaturali
Alexander
Græci interpre-
tes
Pythagorici
Duo dei no-
mina
Radix dupli-
cis felicitatis

re septimi libri rem & fecerum omnibus utilem & necessariam ualde operi: quod suscepi mus: ubi altissimis philosophæ radicibus nixam & stabilitam stare sententiam theologorum dilucide comprobemus. Felicitatem ego sic definitio reditum uniuersalisy rei ad suum principium. Felicitas enim est summum bonum : summum bonum id est quod omnia appetunt: quod autem omnia appetunt: id ipsum est: quod omnium est principium : ut Alexander aphrodisiensis in commentariis primæ philosophiæ & græci interpretes in aristotelis ethice attestantur. Idem igitur finis omnium quod omnium principium deus unus omnipotens & benedictus optimum omnium quæ aut esse aut cogitari possunt. hinc duæ illi præcipue appellationes apud Pythagoricos unum. scilicet bonum. Vnum. n. cognominatur: quia omnium est principium: quemadmodum unitas principium est totius numeri: bonum autem: quia omnium finis omnium quies & absoluta felicitas est. Videre iam possumus: si sitinus paulo sceleratior: rationem duplicis felicitatis. Felicitas enim possessio atque adeptio est huius primi boni. Bonum hoc adipisci dupliciter possunt res creatæ: aut in se ipsis: aut in ipso. Nam & in se ipso hoc bonum est super omnia exaltatum suæ inhabitans diuinitatis abyssos: & per omnia diffusum in omnibus inuenitur: hic quidem perfectius: illic imperfectius pro rerum conditione a quibus participatur. Unde (ut scribunt poeta) Iuppiter est quodcumque uidet: & Iouis omnia plena sunt: Vna quæcunque igitur natura cum in se deum habeat aliquo modo: quia tantum dei habet quantum habet & bonitatis (bona autem omnia quæ deus fecit) reliquum : ut cum perfectam omnibus numeris suam habet naturam: se adepta deum quoque in se adipiscatur: & si dei adeptio: ut comprobauimus: est felicitas: in se ipsa aliquo modo sit felix. hæc est naturalis felicitas: quam & maiorem & minorem diuerse res pro naturarum diuersitate sortite sunt. Ignis res est anima carens: participat autem deum multis rationibus. Nam primo est: & unum quodcumque est participatu dei est: qui est ipsum esse: item qua ignis species certa & actus est: deo est similis: qui prima species primus est actus: & dum ignis ignem producit diuinitatem: secunditatem: dum se intra terminos suæ continet spheræ iustitiam: dum nobis deseruit beneficentiam pro suæ naturæ modulo imitatur. Hæc ignis dum agit suam adeptus perfectionem felix est quantum capax ipse felicitatis. Felicitiores plantæ: quæ præterea uitam: felicitiora animalia: quæ etiam cognitionem sortita ut plus perfectionis ita plus etiam in se ipsis diuinitatis inueniunt. Optima omnium mortalium conditione homo: qui sicut natura: ita naturali felicitate aliis præstare: præditus intelligentia & libertate arbitrii præcipuis dotibus & ad felicitatem maxime conducenibus. Suprema inter creaturas angelica mens & substantiæ nobilitate & finis consecutione: cuius maxime particeps: quia illi & iuncta & proxima est. At

Poeta
Quæ sit naturalis felicitas

Quo pacto ignis deum participat

Optima omnium mortalium conditione est homo

uero ut supra diximus per hanc felicitatem nec plantæ nec bruta nec homo nec an-
 gelus deum: qui est summum bonum: in ipso deo: sed in se ipsis attingunt. Quæ
 propter & pro naturarū capacitate graduum felicitatis: uariæ. Quare & de hac
 solum loquuntur philosophi felicitatem uniuscuiusq; rei in optima operatione sue na-
 turæ collocauerunt. & de angelis quidem quos uocant mentes & intellectus: etiã
 si summam illorum perfectionem hanc faterentur quod deum intelligerent. cogni-
 tionem tamen dei: quam habent: haud aliam statuere præter eam: quas se ipsos co-
 gnoscunt: ut de deo tantum intelligant: quantum de dei natura in eorum substan-
 tia representatur. De homine autem & si diuersi diuersa senserint: omnes tamen
 in terra humane facultatis angustias se tenuerunt: uel in ipsa tantum ueri uestigatione
 quod academici: uel in adeptione potius per studia philosophiæ: quod Alpharabi-
 us dixit: felicitatem hominis determinantes. Dicit aliquid plus uisi Auerois Aui-
 cenna Abubacher Alexander & Platonici nostram rationem in intellectu: qui actu
 est: aut aliquo superiore: nobis tamen cognato quasi in suo sine firmantes: sed ne
 que hi hominem ad suum principium neq; ad summum bonum adducunt. Quas
 ego eorum disputationes atq; sententias. nec reprobo nec aspernor: si de naturali se
 tantum felicitate dicere prostiterint. Certum enim per eam nõ posse hominem
 aut angelos alius euchi q̄ ipsi dicant. Quod uel hac ratione maxime cõprobatu-
 r: quoniam si mixtum propria fortitudine nihil supra se ipsum potest assurgere: alio-
 quin se ipso esset ualidius: utiq; nihil nitens per se ipsum ad felicitatem maius ali-
 quid uel perfectius sua natura assequi poterit. Sed dicant mihi philosophi si hæc i-
 rebus sola felicitas: eue uel ipsi fatentur inter animalia solum hominem natum ad
 felicitatem. Cum enim alia præter hominem ad suos quoq; fines perueniant. pos-
 sumus dicere esse aliorum q̄ hominis minorem felicitatem: at nullã esse quo pa-
 eto defendemus. Quinimo cum a sine a natura statuto reliqua infra hominem
 nunq; homo sepe semper exorbet: uidebitur nisi alio se privilegio iactet in felicitate
 summa omnium humana conditio. Audiamus igitur sacros theologos dignitatis no-
 stræ nos admonentes: & quæ uelto nobis a patre liberalissimo diuina bona prestã-
 tur: ne quæso ipsi crudeles i nostros animos & male grati erga deum opilio triticia
 mus. Diximus supra summam felicitatis in dei esse adeptione: quod est summũ
 bonum & principium omnium. Dupliçiter autem illam posse contingere: quoniam
 uel in creaturis: quibus se deus participat: uel in ipso deo deum assequimur.
 Ostendimus item: quod & ostendemus: res creatas non posse uinibus suis ad hanc
 postremam: sed ad illam dumtaxat accedere. Est autem illa: si animaduertimus:
 umbra potius felicitatis quam uera felicitas: quemadmodũ creatura: in qua deũ
 attingis: non summa bonitas: sed summa bonitatis id est diuinæ tenuis umbra est.
 Adde q̄ res per illam se ipsis potius q̄ deo resistunt: nõ id assequuntur: ut ad suum
 principũ redeant: sed hoc tantũmodo ne a se ipsis discedãt. Vera sũt & consummata
 felicitas ad dei faciẽ contuendã quæ est omne bonũ: ut ipse donet: & ad perfectã
 cõ eo principio: a quo emanauimus: unionẽ nos reuehit & abducit. Ad hæc angeli

Implicetõ na-
 turalis felici-
 tatis
 Philosopho-
 rum de felici-
 tate opinio

Academici
 Alpharabius
 Auerois
 Auicenna
 Abubacher
 Alexander
 Platonici
 Nõ posse ho-
 minẽ uinibus
 propriis deo
 conuangi
 Astruat super
 naturalem fe-
 licitatem

Theologi

Quid disse-
 rat superna
 naturalis felici-
 tas a naturali
 Naturalẽ fe-
 licitatẽ nõ ha-
 bere rationẽ
 ueræ felicitatis

Supernatura
lus felicitatis
qui sint capa
ces et quomō

attolli quidem possunt: sed non possunt ascendere: Quare peccauit Lucifer dicens
Ascendam in cælū. Ad hanc ire homo nō potest: trahi potest unde christus de seiq
est ipsa felicitas dixit. Nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit illum. Bruta au
tem et quæ infra hominem nec ire nec trahi ad illam possunt. Ideoq; solus hō & an
gelus ad eam sunt facti felicitatem: quæ est uera felicitas. Potest uapote descendere
re in altum: sed non nisi attractus radio solis: lapis & corpulenta omnis substantia
neq; radium usq; quæq; admittere neq; per illum tolli in sublimē potest. Hunc ta
dium hanc uim diuinam hunc in fluxum gratiam appellamus: quia deo & homi
nem & angelum grates efficiat. Habent autem philosophi huius doctrinæ mani
festum exemplum in corporibus. Corporum enim aliqua in rectum: aliqua in or
bem seruntur. Motus rectus: quo elementa ad proprias sedes uehuntur: figurat fe
licitatem: per quam in propria natura perfectione res stabiliantur. Motio circula
ris: per quam corpus ad eundem unde absedit terminum circumuoluitur: expressiō
fina imago est uera felicitatis: per quam creatura ad idem principiū redit: a quo
processerat. Sed uide q̄ omnia utriq; conueniunt. In orbem non mouentur nisi i
mortalia & incorrupta corpora. Ad deum non redit nisi immortalis & aeterna sub
stantia. Elementa ut suos motus perficiant non alia indigent ui q̄ indito sibi a geni
tura uel grauitatis impetu uel leuitatis: quemadmodum etiam ad naturalem fe
licitatem singula proprio impetu propria ui seruntur. At uero caelestia & si idonea
sint motui circulari non ipsa tamen sibi sufficiunt ad hunc motum explendum:
sed diuino opus motore: qui illa uerset & circumuoluat. Denique sic perpetua ap
ta circuitioei illa corpora sunt. ut non facere eam. sed suscipere possint. Haud alit
ter nobis atque angelis accidit. Tales enim sumus natura: ut non circumagere nos
& reflectere: sed circumagi motrice ui gratiæ & reflecti in deum possimus. Hinc
illud. qui aguntur spiritu dei hii filii dei sunt. Qui aguntur dixit: non autem qui
agunt. hoc distamus a cælo q; illud naturæ necessitate: nos pro nostra libertate
mouemur. Pulsat enim assidue animum tuum spiritus motor. Si ob audias tibi re
linquens tuo torpenti tuæ infirmitati miser & infelix. Si admittas statim deo ple
nus per orbem religionis ad patrem ad dominum reportaris: in eo uitam semper
possessurus: in quo & semper etiam anteq; fieres uita lui si. Hæc est uera felicitas
ut unus cum deo spiritus sumus: ut a pud deum non a pud nos deum possideamus
cognoscentes sicut & cogniti sumus. Ille enim nos non per nos: sed per se ipsam co
gnouit: ita & nos cognoscemus illum per ipsam & non per nos. Hæc est tota met
ces: hæc est uita aeterna: hæc est sapientia: quam sapientes seculi non cognouerūt
ut ab omni multitudinis imperfectione redigamur in unitatem per copulam indis
solubilem cum eo qui est ipsum unum. Pro hac felicitate Christus orabat ad pa
trem hoc modo. Pater sic quemadmodum ego & tu unum sumus: ita & hii nobis
scam unum sint. Hanc Paulus sperabat dicens cognoscam non ex parte: sed sicuti
est: & si sperabat non ne iure dicebar Quis me separabit a caritate Christi: & cui
parabat dissolui ut cum Christo fieret unum. Ab hac cecidit dæmon: quoniam ad

Exēplū utri/
usq; felicitat/
is in corpori
bus

Summa ue/
re felicitatis

Christus

Paulus
Casus dæmo
nis

illam ascendere nō rapi uoluit: Ideoq; illud amisit: quod habuisset si permanisset. Ex hac radice notum quæ fœs infantium: qui decessere non dum initiati. Scilicet apud se manent: nec suis bonis exuti: nec diuinis locupletati. Nobis in alterutram partem cadendum: aut summam miseriam: aut summam felicitatem. Quoniã qui in causa est ne motorem recipiat: non solum inunem se facit gratiæ: sed & naturam uitæ: ad cuius integritatem hoc attinet: ut agnitus spiritum quærat non recuset. & proculdubio recta esse natura non potest: quæ maioris boni propositū spem aut reuicē aut contemnit. Quare postquam Christus est agnitus siquis Christus non induantur: non solum prima felicitate: sed & secunda id est naturali iure priuantur: quia gratiam nolle non nisi corrupte est & labefactata natura. Quæ admodum autem nos uiuentes sub euangelio: Ideo Christum dei uirtutem & sapientiam in nobis recipimus: quia uti iam datum humano generi amamus & retinemus: Ita & patres sub lege uetere illum recipiebant: cum futurum aduentum & credebant indubie & sperabant alacriter & ardentem desiderabant. Sed sicut nō ut presentem iam: sed ut futurum recipiebant: ita neq; presentem quasi iam spiritus inhabitantis nisi postquam aduenit fructum experti sunt. Cum post peractū in ara crucis in effabile sacrificium descendente ad eos Christo ab eo uti motore eic cumacti momento turbini ad libertatem: & euecti ad summæ felicitatis gradum fuerunt. Ad hanc felicitatem religio nos promouet dirigit & impellit: quemadmodum ad naturalem dūce utimur philosophiã. Quod si natura rudimentum ē gratiæ: utiq; & philosophiã incohatio est religionis: neq; est philosophiã quæ a religione hominem semouet. Recte igitur & nos cum a Mose: postquam sex dies de natura sumus philosophati: septimo die diuinis uacantes de supernaturali felicitate dicemus.

Caput primum

Duplex (uti ostendimus) /supremæ huius felicitatis natura est capax: angelica & humana. Illa calum: hæc terra dicitur: quia angeli calum: nos terram inhabitamus. Et de calo non est q; dicat amplius: quia non angelorum: sed hominum legem scripturus est. Ad homines igitur descendens inquit. Terra erat inanis & uacua: & tenebræ erant super faciem abyssi. Non creat deus inanitatē: non creat tenebras: Sed terra (inquit) erat inanis & tenebræ erant. Non dicit hæc fuisse creata: sed fuisse. Quod cur sit dictum patebit simul cum cognouerimus quæ hæc inanitas: quæ hæc tenebræ sint. Natura humana: quæ terra dicitur angelis comparata: statim ab initio: quia statim peccauit: inanis erat & uacua originali iustitia: & peccati tenebris facies eius id est ratio obducebatur. Neque hæc locit deus: sed hominis malitia: qui uolens se his bonis priuauit: quibus illum deus ditauerat. Sic nature corruptæ status a propheta describitur: quæ quo pacto deinde a deo per Abraam per Moysen per prophetas nouissime uero per unigenitum

Sors infantū
qui decedunt
nō dū initiati

Philosophiã
incohatio est
religionis neq;
hominem a
religione se-
mouet

Natura ange-
lica & huma-
na capax ē su-
pernæ felici-
tatis

filium suum & pristina dignitati restituta: & ad summam felicitatem parata fuerit in sequentibus demonstrabit. Verum & quo tempore aquae obductae tenebris erant infectae scilicet primaeus sordibus nocte originalis spiritus tamē domini souebat eas. Quod est dupliciter intelligendū: & q̄ lumine diuini uultus quod signatū est sup nos ide st lumine naturalis intelligentiae homines regebātur: & q̄ diuina tum pro/ uidentiae cura humanū genus de sūtutū nō erat: sed spiritus domini souebat aquas spiritus ille: qui (ut ait apostolus) intercedit p̄ nobis gemitibus in enarrabilibus & tōc assidue cogitabat quo pacto illas a uenenis purgaret quibus antiquus serpens eas infecerat. & ecce statim iubet oriri lucem: & orta est lux: Abraam scilicet ille sapien- tissimus fundator primus uerae religionis. Primus: qui & naturae legē absolueret: & de diuina lege meditaretur: Primus qui cultum unius dei aduersus idola & gen- tes hominibus psuaderet. Primus qui & tenebras erroris depellere: & malis damo- nibus qui principes tenebrarū dicuntur bellum indicere est aggressus: unde merito lux cognominatus. Quod quia & discipuli domini oēs fecerunt oēs a domino lux mundi sunt appellati. Haec est lux prima quae mūdo affulsi: & inter demonū ueriq; dei religionem quāli inter lucem tenebrasq; distinxit.

Apostolus

Abraam

Caput secundum.

Lex Mosaica Hunc sequuta est lex: quae merito cognomēto dicitur firmamentum statim in sui exordio hoc ipso scilicet q̄ n̄ sic tractamus annunciāis nobis opera manuū dei: (ut ce- cinit Dauid. & opera manuū eius annuntiat firmamentū). Data igitur lex per an- gelum Moī firmata uerbo dei: quae adhuc magis q̄ superior lux gentes ab israhē- tis id est in pietatem a pietate quasi aquas supercaelestes ab aquis quae sunt sub caelo discriminauit. Dicuntur autē iudei aquae supercaelestes quia sicut inquit Hieremi- as: signa caeli non timent: quae gentes timent soli nō aut stellas aut calum: sed stel- larum & caeli auctorem ac dominum & agnoscunt & agnitiū colunt ac ueneran- tur. Gentes autem contraria ratione aquae sub caelo sunt quando & daemones cali- ginosa aëris incolae: quae regio supra aquas est: adorant & colunt: & uisibile caeli lydera & planetas sibi deos ac dominos faciunt.

Hieremias

Caput tertium.

Erat autem futurum: ut nisi maior aliqua uis & misericordia dei obstarēt aquae q̄ sunt sub caelo. i. idolis seruientes totam terram inuaderent & occuparent. Sic infe- ctio totius mundi de prima macula: Sic sathanæ ultoris impetium & ius in nos te- os annque noxæ & huiusmodi seruitutis pene obnoxios postulabat. Sed benefi- ca semper & salutaris prouidentia dei unam ex terra partibus & si exiguam quan- tum iustitiae leges patebantur: ab aquarum iniuria liberam esse uoluit. haec est ius- dea uocata terra promissionis: quia & Abrae & posteritati a deo promissa fuit.

Cui nostræ expositioni propheta omnes stipulantur: apud quas torrens gentium impetus in iracundia aquarum & maris incurfionibus comparatur. hinc illud eleuauerunt flumina uocem suam: & mirabiles elationes maris: & illud sonuerunt & turbatae sunt aquae eorum: & non timebimus dum turbabitur terra & transferentur montes in cor maris. & profecto non aliter iudeam intra haud magne regionis terminos concludam circūuallabant gentes: quæ nunc terræ hanc portionem uniusque modicam quam habitamus undiq; circūuallat oceanus. Sed & plures in locis euidentissime in litteris christianis per aquas gentes designantur. Nam & scriptum est aquæ quas uidiſti gentes sunt: & cum dominus Iesus uinū fecit ex aqua: quod in pharisei domo defecerat figurate ut nostri sordunt significauit aquas id est gentes ad eam fidem esse uocandas: Quæ apud iudeos apud quos fuerat antea impostura deficeret. Idem in mysteriis tradunt idcirco aquam uino misceri quæ aquæ. i. gentes sanguinem Christi per fidem crucis hauriant & combibant. Illa igitur pars afferta a iugo aquarum dei prouidentia fuit: ut si reliqua terra obruta undis spiritus nequitie inuisibilis & deserta erat futura nec idonea fructibus ueræ religionis: hæc saltem esset: quæ luce suscepta quam protulit prima dies & rore cæli quod secunda statutum est id est doctrina legis ad ubertatē adiuta germinaret interea quæ si herbas plantas & arbores iudicia cœrimonias & bonos mores: donec cum temporis plenitudo uenisset ipsam etiam quod Elaias optabat saluatorem felicissima germinaret.

in litteris christi
stianis per aquas
gentes designantur
Dominus Iesus.
Quare in mysteriis
etiam aquæ uino
miscetur
Elaias

Caput quartum.

Et ecce iam temporis plenitudo. Si enim numerus quaternarius plenitudo est numerorum non ne erit & dies quartus plenitudo dierum? Videte igitur quid nobis afferat quartus dies. Cælum secundo die firmatum id est lex sine sole ac luna ac stellis erat: capax quidem futurae lucis: sed obscurum adhuc nec insigni aliquo lumine illustratum. Aduenit dies quartus: quo sol dominus firmamenti id est Christus dominus legis & lunaris ecclesia Christi compar & sponsa: & qui multos ad iustitiam erudirent apostolici doctores in firmamento uti stellæ in perpetuas æternitates eluceſcerent ad æternam scilicet uitam mundum uocantes. Sol firmamentum non dissoluit: sed perhorit: & Christus legem non uenit ut dissolueret: sed ut perfecteretur. Lux primi diei Abrahæ piensissimus uidit diem quartam: quæ est dies Christi & gauisus est. Vidit adium sue lucis id est ueræ religionis: quem mundo intulerat per solem iustitiæ per lucem ueram illuminantem omnes homines in uniuersum orbem latissime diffundendam. Vidit Iesum christum splendorem patris substantiæ illucescentem his qui in tenebris & in umbra mortis sedebant: & principem tenebrarum principem mundi huius eici foras: & de mentibus hominum exterminari. Hæc uidit & exultauit: uidit diem quartam & letatus est. Hæc dies quæ fecit dominus. quæ dominus homo fit quæ deus habitauit in no-

Messias
Abrahæ piensissimus
Iesus christus
splendor patris
substantiæ

bis: exultemus & nos & letemur i ea. Quæ aut vera q̄ solida sit n̄x̄rō expositiōis attendatis quæ paulo diligentius christiani fratres. Vnde & uobis potentissima tela contra lapideum cor hæbreorum de armamentariis eorum petita subministra buntur. Probabimus autē illud primo ex testimonio iudeorū per opera diei quart / ti aduentum Christi nobis significari. secundo ostendemus nobis Messiam repræ / sentari per nullam rem congruentius q̄ per solem: colligemusq; euidentissime ex temporum ratione non uenturum in posterum Christum: sed Iesum ex Nazareth filiū uirginis promissum hebræis Messiam fuisse. Est inter decreta ueteris hebrai cæ disciplina: per sex dies genericos sex mille annos mundi sic designari: ut sint quæ hic dicuntur opera primi diei uaticinium eorum: quæ primo mundi millenario su tura erant ut contingerent: opera item secundi eorū quæ in secundo: & sic dein / ceptis eodem semper utrobique successione ordine seruato: cui sententiæ etiam arte / statur inter iuniores Moles gerundinensis theologus prima celebritatis apud hæ / breos. Meminit & Diuus Hieronymus in expositione psalmi illius: qui Moisi inscri bitur: uideturq; opinio hæc fundamento præcipue illi inniti q̄ mille anni (ut inq̄ propheta) unus dies sunt apud deū. Quartus igitur dies: si uera est hæc doctrina: uaticinium est eorū: quæ quarto millenario mundi euentura sunt. Age nunc oste / damus iuxta annales hæbreorum & quam approbant ipsi annorum supputatiōe quarto mundi millenario Iesum apparuisse. computant illi ab Adam ad diluuium annos mille quingentos quinquaginta sex: a diluuiō ad Abraam annos ducentos & nonoginta duos: atq; ita ab Adam ad Abraam colliguntur anni Mille octingen ti. xlviii. A genitura autem Isaac ad ruinam secundi templi: quæ fuit post Christi mortem numerant annos circiter (neque enim refecto ad uiuam) mille sexcentos se xaginta. Supputant enim ab Isaac ad exitum ex egypto annos quadringentos & triginta: ab exitu ad templum quod Salamon ædificauit totidem fere. a Salamo ne ad templi desolationem per Babylonios annos quadringentos & decem a tem / pli instauratione sub Esdra ad hanc sub tito captiuitatem annos quadringentos .xx. Itaque si omnes simul collegis: computabis a mundi exordio ad Christum iuxta ipsorum hæbreorum mentem annorum tria milia quingentos & octo: ut & in ipso quarti millenarij medio Christus aduenit & intra eiuſdem millenarij qua si intra terminos quarti diei & lunæ. i. ecclesie lux toti mundo affulserit: & inu / merabilis martyrum a apostolorum doctorūq; multitudo qui intra quingentos an / nos post Christi mortem omnes claruere: & firmamenti. i. legis obcuritate & no / stræ noctis tenebras illuminauerint. At dicent hebrei: Esto per hæc tempora Iesus aduenit. Non dum habes Iesum christum fuisse n̄q̄ ostenderis creditum a no / stris futurum ut per ea tempora Christus ueniret. Bene res habet & æquum postu / lant. & nos præ stare facile possumus quod iure postulant. Manifesta enim uulga ta publica apud eos feruntur Hælic oracula circa omnem figuram nira uelamen ex p̄fessio dicētia quarto mudi millenario uerū Messia: quæ ne uel ficta uide antur a me uel pro arbitrio interpretata asserta testimonia ipsoꝝ talmutistarū: cū

Dogma hæ / breorū

Moles gerun / dinensis

Diuus Hie / ronymus

Dies dei mil / le anni

Quo tēpore Iesus apparu it iuxta anna les hæbreorū

Hælic oracu / la

Talmutista

quibus nobis est controuersia: qui & illorum faciunt mentionē & ipsa ueritate cogente fateantur præterisse tempus ab Helia prædictum de aduentu Messia. Verba hæc sunt in particula quæ inscribitur Anodazara capite libri eodem Tana dbe elihau sefeth alaphim sana haue haolam. Sene alaphim tohu : usine alaphim thora: usine alaphim Iemoth hamas sibi uba haunothema serabu ialthu meon maseias. hæc sic latine interpretentur uerbum uerbo reddentes. Dixerunt filii siue discipuli Helia. Sex mille annorum mundus. Duo mille inane: Duo mille lex: Duo mille dies Messia: & propter peccata nostra quæ sunt multa præterierunt de eis quæ præterierunt. Hæc illi. Age nunc ipsis uerbis ante omnium oculos propositis postquam nec commentitium nec arbitrarium ego quicquam asserere possum discutimus examinensque uerba oraculi & statim propositi composere erimus. Sex mille annorum inquit est mundus: quod uel sic interpretentur Post sex mille annorum curricula: quod etiam ex nostris multi crediderunt: consumationem mundi quasi sabbatum futuram: uel si (quod est uerius) illam diē nemo nouit: in hunc sensum accipiamus: de ulteriori scilicet tempore nullum in lege uaticinium haberi: sed hoc ad propositam non attinet questionem. Videamus quod sequitur. Duo mille inane Duo mille lex tum Messia. inane uocat (ut hebrei omnes interpretes dicunt) tēpus ante traditam a deo hominibus illam legem. Sed uideo in instantem Iudeum dicentē: quod si duo mille anni sunt ante legē & duo mille legis uerturus ergo Messias non quarta die id est dum quartus agitur millenarius: sed die potius quinta quia post quartum scilicet millenarium: Sed enim responsio facilis: ut quam ueritas animosa suppeditat. Quod enim dicitur ab Helia duo mille inane. Duo mille lex: haud sic accipiendum quasi integrum tempus duo mille annorum futurus sit mundus absque lege: similiterque duo mille annos permansura sit lex: sed quod & tempus legis nature ad secundum perueniet millenarium: & tempus legis ad quartum usque perueniet. Sed & antequam secundus exactus sit lex: & antequam quartus elabatur: erit Messias. Quam ego expositionē mihi ipse nec sermo nec somnio: sed eam me ipse Helias docet: ipsamet docent & Talmustis. Quod tibi etiam iudea a spīs (nisi aures ocludas) mox erit manifestum. Inquit Helias duo mille inane. & duo mille lex. Videamus in quē sensum fuerit uerū quod dicitur de inani: indeque discamus rationem exponendi id: quod dicitur de lege. Principium legis aut a Mo se accipimus aut ab Abraham. A mo se accipi non potest quoniam inanis sit pra quam per duo mille & trecentos annos aut circiter. Totidem enim fere ab Adā ad Mo sem. Accipiendum igitur legis principium ab Abraham: cui datum fœdus circumcisionis totius antiquæ legis radix & firmamentum: ab Adam autē ad Abraham si suas consulant historias haud integrum spatium duo mille annorum: sed mille duntaxat octingentos quadraginta octo effluxisse inueniunt. Quo sit ut non post secundum millenarium: sed intra eius terminos inanis: legis plenitudo fuerit. Quare eadem ratione non post quartum millenarium: sed dum quartus ageretur inanis legis plenitudo euangelica succedere debuit. quod si ipudenter

Hebrei interpretes

Helias Thalmustis

Principiū legis quomō accipi debeat

Talmutiste

etiam & pertinaciter negare pertendant audiant suos thalmutistas nostram sententiam maxime roborantes. Fatentur enim ipsi iam tunc cum sombebant praterisse tempus ab Helia predictum de aduentu Messia: id est suis imputant peccatis. Quod si uerba Helia sic acciperentur: ut post quartum millenarium Christus esset uenturus non intra fines ipsius quarti nec dixissent nec dicere potuissent Thalmutiste praterisse tempus promissi a prophetis Helia: quoniam quo tempore scripta est doctrina thalmutica: quam nos attulimus: non dum a mundi exordio fluxerant anni quatuor milia. Apparuit enim ut supra ostendimus Iesus post annos a mundi exordio iuxta hebreos tria milia quingentos & octo. Scriptum autem (ut ipsi tradunt) thalmut hierosolymitanum trecentesimo anno post Christi mortem babylonium autem centesimo anno post hierosolymum. Quare utrumque intra fines quarti millenarii conscriptum est: & tamen praterisse tempus dictum ab Helia de Christo uenturo & fatentur & conuincuntur. Quo hac se condent aut quas latebras querent: ut hunc nostrum solem ipsis inuitis per uniuersum illicescentem omnino fugiant omnino non uideant: Fatentur Thalmutista: (si non credunt ueribus) predicta a prophetis de aduentu Christi tempora praterisse. Fatentur creditum a prophetis uenturum illum per ea tempora: per quae Iesum ipsi aduenisse uolunt. Nec sui doctores omnino non ueri sunt cum dicunt ob eorum peccata non uenisse Messiam. Neque enim illis uenit: qui cum non agnouerunt. Neque est Messias id est redemptor uindex pessimae captiuitatis beneficus rex retributor terrae promissionis id est supernae Hierusalem non huius: qui messiam eum confessi sunt. Quod si in propria uenientem sui non receperunt non sunt iam sui: qui erant sui: sed ab otu ueniunt & ab occasu qui in sinu Abrae recumbant: filii autem dilectionis ciuium tuum in tenebras exteriores. Vnde & importuna eorum soluitur questio saluti futurum Messiam habere: Christum autem exitio fuisse & perditioni. Neque enim sunt hebrei: qui promissum habere ex stirpe Dauid regem & dominum non modo non sequuntur aut colunt: sed quasi latronem quasi sacrilegum quasi prophetum per omnem iniuriam & contumeliam cruci affigunt. Si filii Abrae essent: perstarent in institutis Abrae: & cuius diem hunc salicet quartum ille prauidens gauisus est ipsi quoque gaudentes aduentantem exciperent. Attulit pacem Messias hominibus sed non omnibus. Neque enim dictum ab angelis simpliciter: & in terra pax hominibus sed adiunctum hominibus bonae uoluntatis. Vtique idem sol: qui per os oculos illuminat agros & debiles caecat & obscurat. & recta filtratione: ut quae bonis est salutaria: idem malis sit noxia: & qui amicos beat ut pote potens & non ingratus: Idem etiam hostes fulminet & disperdat. Si male euenisset iudeis suscepto Christo non fuisset Christus. Sed si male euenit crucifixus: unicus fuit Christus: Qui de suis uictoribus etiam cruci affixus tunc cum maxime uictus apparuit tanta eorum cum strage & calamitate triumphauit. Quod igitur caeci solem expectatis? Adest sol & lucet sed lucet in tenebris & tenebrae uti solem illum non comprehendunt. Praeterit dies quartus: quo ortus est sol: Qui non dissoluit legem sed

Thalmut hie
ro/olymitanū
Thalmut ba
byloniū

perfecti: sicut neque sol firmamentum destruit: sed exornat: sed perficit: sed illustrat. Probauimus ex ordine diei quarti & tempore aduentus Christi intelligenda de eo quae hic dicuntur. Probemus idem ex figura similitudine: quia per nullam aliam rem imaginari Christum congruentius possumus: quàm per solem. Nam & in sole posuit tabernaculum suum: & exiit de tribu iuda: cuius signum est leo solare animal: & cum solem in re. p. Plato uisibilem filium dei appelleret cur non intelligamus nos imaginem esse inuisibilis filii. Qui si lux uera est illuminans omnem mentem expressissimum habet simulachrum hunc solem: qui est lux imaginaria illuminans omne corpus. Sed quid alia querimus: ipsum solem interrogemus: qui patiente Christo aduersa luna deficiens consensum nobis suae naturae euidenter ostendit. Ut iure optime nos sine tangam alioquem causam diem quam uocant mathematici solis & diem domini uocauerimus: & illius cultui totam mancipauerimus. Vel hinc ostendentes non esse cur amplius corporeum solem (ut olim gentes) colamus quasi regem caeli & dominum: postquam sol inuisibilis coeternus patri & coequalis: per quem & caelum & terra condita sunt sedentes in umbra mortis homines illuminauit.

Sol Christi
imago

Plato i re. p.

Dies solis
di
es domini

Caput quintum.

Sed iam examinemus an quae sequuntur opera diem quartum respondeant his quae post aduentum Christi euersisse compertum est: ut tunc demum hanc nostrae expositionem ut ueram ut stabilem recipiamus: cum illi undique attestari & consonare omnia cognouerimus. Videamus quid fiat post diem quartum. Produciunt aquae pisces & aues: produciunt terra pecora & iumenta. Reuocemus ad mentem quod superius per aquas diximus significari: quae sub caelo locata collectae sunt ad locum unum: quid item per terram: quae ab illarum diluio facta est in munus. Diximus per aquas gentes per terram israelitas figurari: quod & multis cum testimoniis prophetarum tum similitudinis rationibus comprobauimus. Vidimus autem ante solis exortum steriles aquas nihil producere: quod esset bonum: Terram autem leuacem quidem: sed exiguus fructus oleum scilicet atque herbarum. Post solem & aquae maiori etiam quam terra fecunditate duo genera profertur animantium aues & pisces. Terra non iam contenta arboribus & fructibus: & magna pecora & iumenta producit. Nonne uidetis me etiam tacente implerum uerbum boni Simeonis: ut esset hic noster sol lumen ad reuelationem gentium & gloriae plebs israel. Nonne habemus sub oculis expressam si nihil aliter interpretemur & gentium uocationem & transformationem terrestri Hierusalem umbraticisque sinagoga in ueram ecclesiam: & perpetuam dei caelestemque ciuitatem. Ante solis exortum aquae nihil producant. Terra producit aliquid: sed tenue: sed exiguum: Quoniam ante Christi aduentum apud gentes nullum specimen uitae nullus fuit fructus uitae religionis. Apud israelitas fuit quidem uitae spes aliqua & uiam lucis ex parte cognov-

Per aquas gē
tes per terrā
israelitae figu
rantur

Simeon

Ante xpi ad
uentū ap̄ gētes
nullū specimē
uitae nullus fu
it fructus uitae
religionis.
Israelitae uerū
coluerunt reli
gionem

uerunt: & ueram coluerunt religionem: sed incohatam: sed imperfectam donec ille ueniret: qui est uia ueritas & uita. Et nisi ad hoc mysterium recurramus: afferat mihi quispiam rationem: cur terræ ornatum & sobolem ita partitus est: ut alia qui dem ante solem protulerit: alia autem post solem. Cur item ante solem nihil pro ducunt aquæ: terra aliquid producit. Cur duo genera animantium ab aquis: unū dumtaxat genus a terra produciatur. Cur autis æreum animal aquis ascribitur. Nam (ut agamus de primo) non facillacit si dicamus quod quidam dixerunt herbas & plantas de terra educi ante facturam solis ne uirtute eius creatæ uideretur. Nam multo magis eadem ratione & pisces & aues & omnis elementorum orna tus debuit fieri ante solem: ne uirtute eius factus crederetur. Reliquisset igitur su spitionem Moyses: & si ad plantas ut pote imperfectiores produendas solis lumine opus non fuisset fuisse tamen ad animalia produenda: quæ sunt perfectiora. Cõ sequens enim ut si illo non adiuuante perfectiora in lucem uenissent: possent & si ne illo fieri quæ sunt minus perfecta: Non reciprocatur autem ratio ut si absq; eo fuerint facta quæ sunt ignobiliora ut pote plantæ despiciatissimum genus uiuentium: poterit etiã eius opera non introcedente produci omni genera animalium natura. Verius igitur unde nos diximus auctoris consiliū inuelligatur. Similiter si dicat aliquis relata ad aquas animantia: quæ in aquis degunt: uidebit unum potius genus ad eas duo autem ad terram fuisse referenda: quia auium terra potius q̃ aqua domicilium est. & citra omnem contouersiam si a naturalis naturam consideremus aut terrestre aut æreum animal auis est: aquante nullo modo est. Sed audite altissimas omnium rationes ad Christi ad ecclesie nos mysteria uel in uitos trahentes. Et profecto si omnia (ut inquit Aristoteles) uero consonant conso nare omnia maxime Christo debent: qui est ipsa ueritas. Qui non ab re non de ni hilo hebreis totiens dicebat Scrutamini scripturas: ipse sunt quæ testimoniu perhi bent de me: & predicta de se tam multa: Immo omnia i lege in psalmis in prophe tis asseuerabat: Sed cæcitas nos sape ad tantam lucem nec nisi reuelante eo oculos nostros considerare possumus mirabilia de lege eius. Veniamus eo nobis opẽ ferente ad mysteriorum figurarumq; reuelationem. Duo ex aquis animalia: unū ex terra produciatur: quia maior fuit plenitudo credẽtium ex gentibus q̃ ex iudeis: Terra autem & si minus multa: perfectiora tamen producit animantia hęc quæ a quæ producunt iumẽtra scilicet et quadrupedia omnia. Quia & si plures ex ethnibus q̃ ex iudeis perfectiores tamen qui ex hebreis: ex quibus aposto li fundatores totius religionis. Duo item genera diuersa duplicemq; naturã aqua educit auium & piscium unam tantummodo terra: quoniam ex gentibus alii qui dem de seruitio dæmonum: alii de lege nature ad Christum transferuntur. hebreus ois hebreus tm̃ q̃a nõ pm̃issum illi uiuere itra terminos nature: cui data lex dei est peculiaris ei neq; reliquis gentibus communis. Neq; enim fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis. Significant igitur nobis pisces: qui a dæmonum cultu ad nos uenerunt non solum quoniam aqua (ut supra ostẽdamus) h̃

Altissime ta
tiones
Aristoteles

Maiores fuit
plenitudo cre
dentiũ ex gẽ
tibus q̃ ex iu
deis perfectio
res tamẽ fue
rant qui ex
hebreis credi
derunt

gurant gentium impietatem: sed quoniam per hæc quæ in aquis degunt animalia im-
 probos daemones significari sæpe in sacris litteris attestatur Ionethes caldæus: Ionethes cal-
dæus
 Significant aues: qui de nature institutis ad gratiam sunt translati. Cuius mani-
 festa ratio ex his: quæ in prohemio huius libri abunde scripsimus de naturali super
 naturaliq; felicitate: Ostendimus enim & calum expressissimum esse simulachrũ
 supernaturalis felicitatis: & naturalem felicitatem secundariam quandã & ima-
 ginariam potius q̃ ueram esse felicitatem. Quare qui hanc consequuntur nature
 legibus utentes per aues congruentissime denotantur in colas non primi & ueri cæ-
 li: sed aeris: quod secundaria & imaginaria quadam ratione cæli etiam sibi uen-
 dicat nomen. Vnde & uolucres cæli & aues cæli tam crebro in diuinis litteris appel-
 lantur. Videte autem q̃ & profundo sacrum consilio: ut nõ ad aerem: sed ad aquas
 aues referantur. Quoniam qui secundum naturam uiuebant: gentium tamen &
 ipsi populus censabantur. Quippe qui & se gentes uocabant: & inter gentes uiue-
 bant: quales fortasse & Socrates & plerique philosophorum. Propterea in comen-
 tu ne utrumque genus ad aquas est relatum. Sed quantum euangelicæ quantum apo-
 stolicæ doctrinæ hæc expositio conueniat improutu est ostendere. Quando qui
 dem & conuersi ex hæbreis apostoli a Paulo per boues terrestria animalia & a no-
 stris doctoribus super euangelium: in quo uidentes de templo cæciuntur: sunt
 figurati: & Christus israelitas oues appellat. Apostoli autem: quibus mandata cõ-
 uersio gentium: piscatores a domino sunt appellati: quorum princeps Petrus: qui
 Romæ dominæ gentium quasi oceanus qualique cætarum piscator erat futurus.
 Christus autẽ: qui se dixit non missum nisi ad oues quæ perierũt de domo israel:
 sibi non piscatoris sed pastoris potius nomen uendicauit.

Paulo
 Euangelium
 Christus

Christus sibi
 nõ piscatoris
 sed pastoris
 nomẽ uedica-
 uit: Apostoli

Caput sextum.

Manifesta etiam hinc dissolutio quæstionis: quæ diu totũ interpretes huius libri:
 Cur secundo die non fuerit dictum: & uidit deus quoniam bonum. Si enim
 dicamus quod dici solet ideo factum quia opus aquarum eo die absolutum non
 fuit: sed tertio in quo aquæ quæ sunt sub cælo confluxerunt ad locum unum haud
 plene uidebitur satisfactum. Neq; enim opus secundi diei proprium est dispositio
 aquarum: sed dispositio firmamenti: quod inter aquas medio loco firmatum est.
 Fuit autem eo die & firmamenti factura: Cum dixit deus fiat firmamentum: &
 distinctio aquarum: cum dixit & diuidat aquas ab aquis satis absoluta. Aquarũ
 autem collectio quæ dicta est mare: & terra reuelatio: & plantarum productio si-
 cut alterius operis omnino rationem habent: Ita & alio idest tertio die ad quẽ spe-
 ctabant consumatae sunt. Quærenda igitur ratio de altiori mysterio. Firmamen-
 tum: ut supra ostendimus: legem figurat. Et erat firmamentũ uti informe ita neq;
 q; perfectum simpliciter donec sole luna ac stellis suis instructum: Quemadmodũ
 neq; lex non quidem mala: (ut dicunt manichei) sed neq; bona erat simpliciter idest

Manicheus

Christus legē impleuit perfecta: donec Christus uenit: qui legem impleuit. Si malum fuisset firmamentum: solem non recepisset: Si fuisset bonum: sole non eguisset. Sed firmamentum eatenus bonum: quatenus solis caeterorumq; siderum erat capax: sicut eatenus bona erat lex quatenus pedagogus nobis erat in Christo & multa permisit Moses obduritiam populi: quae euangelium postea non permisit. Quod autem legem non possumus appellare malam ut creditur Manes possumus tamen appellare non bonam apertissime docet propheta: apud quem deus de haebreis loquens inquit de di eis praecpta non bona. Non dixit praecpta mala sed praecpta non bona id est non perfecta non absoluta non consummata. quod confirmant ueteres haebrei doctores: qui illud interpretates ecclesiasticis. Vanitas uanitatū & omnia uanitas. Vanam inquit etiam lex donec uenerit Messias. & de his quidem haecenus.

Caput septimum.

Quid opere tur uirtus baptismi

Quoniam autem supremum beneficium corporati uerbi id fuit ut per baptismi sacramentum: per quod uirtus Christi in nos transfunditur: regeneremur in filios dei non ex sanguinibus: sed ex deo nati: postremo hoc nobis indicat Moses cū post exortum solem & mundo demonstratum: post aquarum terraeq; fertilitatem hominem facit ad dei imaginem non terrenum hominem: sed caelestem. Conuersis enim ad Christum gentibus & iudeis hoc erat reliquum: ut per sanctissimum uacuum dominice cruci se conformantes reformarentur ad imaginem dei. Nam si baptismus dei filios facit: filius autem imago patris: non ne totius trinitatis uirtus operis in baptismo illa est quae dicitur Faciamus hominem ad imaginem nostram? Si igitur sumus ad imaginem dei sumus & filii. Si filii & heredes sumus heredes dei coheredes Christi. Sed qui sunt filii? Scriptum a Paulo est clamare nos abba pater in spiritu sancto. Qui igitur spiritu uiuunt hii sunt filii dei: hii Christi fratres hii destinati aeternae hereditati quam mercedem & fidei & bene actae uitae in caelesti hierusalem feliciter possidebunt.

Paulus

EXPOSITIO PRIMAE DITIONIS IDEST IN PRINCIPIO.

AM ad calcem uentum est operis septiformi uniuersi contextus expositione decursa. Sed superesse aliquid adhuc cognosco intactum a nobis & in discussum: quod etiam primo loco exponendum uidebitur id est quid sibi uelit prima dictio legis: quae est: In principio. Nō temere autem aut sine causa de hoc principio in fine totius operis dicere uelui. Nec aut de dei filio hic sum disputaturus quod est principium per quod facta sunt omnia: (Est enim sapientia patris) Nec probaturus idem sentire cum nostris hoc loco ueteres haebreos: quod alibi faciemus. Sed cogitamus per aliam in-

terpretandi rationem gustum dare lectoribus mosaice profunditatis. Quod non
 antea facimus q̄ cum de dogmate quoddā: quod uere paradoxon est antiquioris
 iudaicae disciplinae: pauca delibauerimus. Firma est sentētia omnium ueterum:
 quam ut indubiam uno ore confirmant: omnium artium omnis sapientia & diui-
 nae & humanae integram cognitionem in quinque libris Moisaicae legis includi: diffi-
 mulatam autem & occultatam in litteris ipsis quibus dictiones legis contexta sūt
 quo modo nunc declarabimus. Summamus gratia exempli primam particulam
 libri geneleos uidelicet ab exordio usq; ad locum ubi est scriptum & uidit deus hu-
 cem quod esset bonum: Est tota illa scriptura tribus & centum elementis coagmenta-
 rata: quae eo modo disposita quo ibi sunt dictiones constituunt quas legimus nihil
 nisi commune & triuiale praese ferentes. Corticem scilicet cōstat hic litterarum or-
 do hoc textum medulla interiori abdita latentium mysteriorum. At uoculis re-
 solutis elementa eadem diuisa si capiamus & iuxta regulas quas ipsi tradūt quae
 de eis consistant dictiones possunt rite coagmentemus futurum dicant ut elucelcat
 nobis si firmus capaces oculus sapientiae: mira de rebus multis secretissima dogma-
 ta & si in tota hoc fiat lege tum demum ex elementorum hac quae rite statuatur &
 positione & nexu erui in lucem omnem doctrinam secretaq; omnium liberalium
 disciplinarum. Dixi autem si firmus capaces oculus sapientiae. Nam fieri potest ut
 tractantibus nobis dissoluentibusq; cōponētib; aliquas dictiones pariatur inde
 multa uocabula multiplex ut series orationis: q̄ magna doceat: magna significet:
 sed nisi aliq; de ea re doctrinā alibi sit consequutus qd illa significant non intelli-
 gens quasi in uentis atq; fortuita non contemere non potest. Neq; enim dogmata
 & doctrinas ibi discere possumus: sed solum possumus agnoscere. Hac ego ut nō
 probo asserens uel attestor: quia de eis nec feci periculum: nec me facere posse con-
 fido: Ita neq; nego neq; contemno: tum quia magnos hac opinio habet auctores:
 Tum quia de Moise qui in tota domo dei fuit fidelis: Maiora etiam facile credi pos-
 sunt. Quae autem nisi non illas quidem abyssos intranti: sed huius maris litus ra-
 denti gemmarum diuinae occurrerint quas neq; hermus neq; paestolus apud poe-
 tas ferre dicuntur: Non ingratum fore putauī nostris hominibus si publicarem. Li-
 buit periclitari in prima operis dictione quae apud haebros Brest apud nos in prin-
 cipio legitur an ego quoq; uisus regulis antiquorum eruere in lucem inde cognitu
 dignum aliquid possem? Igitur praeter spem meam praeter opinionē inueni quod
 neq; inueniens ipse credebam neq; credere alii facile potuerunt uniuersam de mun-
 di rerumq; omnium creatione rationem in una ea dictione apertam & explica-
 tam. Rem dico mirabilem inauditam & incredibilem. Sed mox credis si atten-
 deris & res ipsa utrum me demonstrabit. Dictio illa apud haebros hoc modo
 scribitur **וַיִּבְרָא** Ex hac igitur si tertiam litteram primam coniungamus sit
 dictio **וַיִּבְרָא** .i. ab Si geminate primam secundam addamus sit **וַיִּבְרָא** .i. bebar. Si
 praeter primā oēs legamus sit **וַיִּבְרָא** .i. tefit. Si quartā primā & ultimā cōnec-

Paradoxon
 dogma uete-
 rū haebroꝝ

Moles in toy
 ta domo dei
 fidelis
 Hermus pae-
 tolus

In prima di-
 ctione operis
 uniuersā toti-
 us mundi rō-
 nem cōtineti

tamus: fit **תבש** .i. scibat. Si tres prelas quo iacet ordine statumaus: fit **כרב**
 i. bari. Si prima omiffa tres fequentes: fit **שר** .i. rof. Si omiffis prela & fecunda
 duas fequentes: fit **קע** .i. es. Si tribus primis omiffis quartam ultimam copule
 mus: fit **שש** .i. feih. Rurfus fi fecunda prima: fit **רב** .i. rab. Si post tertia qu
 tam tum Quartam statumaus: fit **קע** .i. hifc. Si primas duas duabus ultimis
 coagmentemus: fit **תרב** .i. berich. Si ultimam primam: fit ultima dictione & duode
 cima quæ est **שש** .i. thob uerfo: quod frequentiffimum apud habetes thau in thet
 elementum. Videamus autem quid primo hæc latine fignificent: tum quæ per ea
 nõ ignaris philofophiæ de tota natura myfteria reuelentur. Ab: patrem fignificat.
 Bbar in filio & per filium (utrumq; enim fignificat both præpofitio) Refit principi
 um. Sabath quietem & finem. Bara creauit. Ros caput, es ignem. Seih fundamen
 tum. Rab magni. hifc hominis. Berit federe. Teb bono. & totam fi ordine confe
 quenti orationem texamus erit huiusmodi. Pater in filio & per filium: principium
 & finem fiue quietem creauit caput ignem & fundamentum magni hominis lo
 dere bono: hæc tota oratio ex primæ illius dictionis refolutione & compofitione
 diffultat. Cuius q̄ altus q̄ plenus omni doctrina fit fensus haud palam effe omni
 bus potest. Sed ut aliqua ftatim non tamen omnia omnibus aperta quæ per has
 uoces nobis fignificantur. Notum omnibus chriftianis quid fit patrem in filio &
 per filium creaffe. Quid item fit filium principium effe & finem omnium: Est eni
 alpha & o: (ut fcribit Ioannes) & ipfe principium fe appellauit & nos demonftraui
 mus finem rerum omnium effe: ut principio fuo reftituitur. Cætera paulo obcu
 riora quid illa folioet tibi uelint caput ignis & fundamentum magni hominis: qd
 illud fit fardus & qua ratione bonum dicatur. Neq; enim ftatim in promptu om
 nibus uidere hic explicatam mundorum quatuor de quibus arguimus omnem rō
 nem: cognationem item & felicitatem: de quibus poftremo nos difputamus.
 Primum igitur illud aduertendum uocari a Mofe mundum hominem magnum.
 Nam fi homo eft paruus mundus: utiq; mundus eft magnus homo. hinc fumpta
 occasione tres mundos intellectualem æteftem & corruptibilem per tres hominis
 partes aptiffime figurat: fimul indicans hæc figura non folum contineri in homine
 mūdōs omnes: fed & quæ hominis pars cui mundo refpondeat breuiter declarata.
 Cogitemus igitur in homine tres partes fupremam caput: tum quæ a collo ad um
 bilicum protenditur. Tertiam: quæ ab umbilico extenditur ad pedes. Sunt enim
 & hæc in hominis figura uarietate quadam diftufa & feparata. Sed mirum q̄ pul
 chre q̄ exactiffimam per exactiffimam rationem tribus mundi partibus proportione
 refpondeat. Est in capite cerebrum fons cognitionis. Est in pectore cor fons motus
 uitæ & caloris. Sunt in parte poftrema genitalia membra principium generatio
 nis. Idem autem & in mundo fuprema pars quæ eft mundus angelicus fi
 ue intellectualis eft fons cognitionis: quia facta illa natura ad intelligendum
 eft. Pars media: quæ eft calum principium uitæ motus & caloris in qua fol uti
 cor in pectore dominatur. Est infra lunam quod omnibus notum generationis

Ioannes

Quæ pars in
 homine cui
 mundo refpō
 deat
 Cognitio
 Motus
 Generatio

principium & corruptionis . Videtis quam apte omnes hæ mundi partes & ho-
minis inuicem congruant. Designauit autem Moses primam quidem nomine pro-
prio capitis. ſ. Secundam autem ignem appellauit: & quia hoc nomine a multis ce-
lum cenſetur: & quia in nobis hæ portio principium eſt caloris . Tertiam uocant
fundamentum quia per eam (ut notum omnibus) totum hominis corpus funda-
tur & ſubſinetur. Adiecit autem q; hæ creauit fœdere bono: quia inter eas fœdus
paciſ & amicitie ex naturarum cognatione & mutuo conſenſu per ſapientie dei le-
gem ſancitum eſt. Quod fœdus ideo eſt bonum: quia ad deum: qui eſt ipſum bo-
num: ita dirigitur & ordinatur: ut quemadmodũ inter ſe totus mundus eſt unus:
Ita & cum ſuo auctore poſtremo ſit unum. Imitemur & nos ſanctiſſimum fœdus
mundi: ut & mutua caritate inuicem ſimus unum & ſimul omnes per ueram dei
dilectionem cum illo unum feliciter euadamus.

FINIS.

IOANNES PICVS MIRANDVLA LAVRENTIO MEDICI. S.

a
POLOGIAM nostrā dicavi tibi. Lauro ēti medicos ut rē nō utiq; (dedi
testor) usam mihi dignam tāto uiro: Sed tibi eo iure debitā quo mea
omnia iam pridem tibi me debere intelligo. Hoc. n. habeas persuasissī
mum quicquid ego aut sum aut sum fururus id tuam esse Laurenti
& futurum semper in posterum: Minus dico q̄ uellem & uerba omnino frigidiora
hac quam ut satis exprimant quod concipio. i. quo amore: qua fide: qua obseruan
tia & prosequar. & a multis iam annis fuerim te prosequutus. Moueet cum pluri
bus in me collatis officiis amantissimum animum tuū plane testantibus tum tuis
non tam fortunæ q̄ animi rursūdemq; raris immo tibi peculiaribus bonis quæ narra
re in presentia pudet me non sinit tuas. Redeo ad Apologiam: quam hilari quæso
suscipias fronte: exiguum sane munus sed fidei meæ sed obseruantia profecto in
omne tempus erga te maxime non leue testimonium. Quam si forte eueniat ut a
magnis: quibus es semper occupatissimus tractandis rebus attingas memineris nō
tam hoc ipsum & properatum. s. opus potius q̄ elaboratum & operis argumentū
ex alieno mihi non meo summendum fuisse iudicio: q̄ non id circo illam nuncupa
tam tibi ut quæ in me non est in me agnosces ingenū aut doctrinæ præstantiā sed
ut sciam: nam dicam iterum: me quicquid sum tuæ amplitudini esse dedinssimū.

APOLOGIA IOANNIS PICI MIRANDVLAE CONCORDIAE CO MITIS.

c
Vni nuper Romam uenissēm pedes summi pontificis Innocentii Inno. viii. sū/
oetaui cui ab innocentia uite nomen meritissimum de morte deo mus pont.
sculaturus. ut simul & ab instituto non discederem meo commen
tandi tractandiq; semper aliquid de re literaria & rem facerē pro
uiribus dignam urbe Roma. gratā principi christono. utilē mi
hi & studiosis. nōgentas de diuinis & naturalibus rebus questio
nes proposui. Ad quas in publico doctissimorum hominum consessu essem respō/
surus. Vix in publicum uenerant cum inter aliquos qui si non ingenū uel doctri
nam studium saltem bonarum artium in me probarent obtrectatorū turba multi
plex assurrexit. Et q̄q; & fastidia & nasos & censuras & oīo iudicia uniuersūsq;
uaria esset uidere utiq; ut semper accidit cum nouum aliquid & non triuiale molu
mur. Quinq; sere tamen erant precipua que alius aliud summissores isti in me dā
narent: Aliqui enim philosophiam & literas omnino carpere. illud etiam ut uide
rentur sciri. Quando q; addentes eiectum Adam de paradiso q; per sciētā boni et
mali equalē se diis facere uoluit. Exterminandos pari exemplo de xpī curia qui uo
lunt sapere plus q̄ oportet. Aliū nō tam philosophiā q̄ hoc ipsum disputandi genus
& hāc de literis publice discēptādi institutionē nō approbare ad pompā potius in

Eras aucto-
ris.

genii & doctrine ostentationem q̄ ad comparandam eruditionē esse illā oblati-
tes. Nonnulli me audacē dicere & temerariū. Qui hac etate quartum. l. & .xx. nō
dū natus annū de altissimis philosphie locis de sublimibus xp̄iane theologie mi-
steriis de incognitis disciplinis in celebratissima urbe in amplissimo doctissimorū
hominū confestu disputatiōne proponere nō dubitarē. Multi nō tam q̄ Romē q̄
iuuenis q̄ q̄ de tot numero. i. de nōgentis disputaturus essem q̄nibus accusare &
superfluo & ambiguo & supra vires id factū calumniātes. Ex his autem qui sapi-
entiam. i. theologie studiū profitebantur quidam fuere qui conuictis forte leuiori-
bus non contenti nō iam audacem me non temerarium non gloriosum. sed magū.
sed impium. sed nouum in Christi ecclesia he resarcham predicarent. Fui ego (deū
testor) dubio diu cōsilio diluenda hac mihi obiectamenta an silentio potius p̄tereū
da essent. Mouebat me ut tacerem duo p̄cipue. Primum q̄ ego & contentiōnis &
iurgiorum abhorrens animi pacem & quā mihi mea p̄stiterūt studia placidissime
uite tranquillitatem ansui semper nec odi ullius magis scribendi munus q̄ q̄ in
dilectatione & amarulenta quoquomodo altercatione sit constitutum quippe
qui non minus referre q̄ inferre iniuriam uel contumeliā nec boni uiri duxe-
rim esse unq̄ neq̄ philosphi. Alterum hoc ipsum erat q̄ & summi pontificis
cuius mihi merito celebranda semper memoria & ex sanctissimo apostolico sena-
tu complurima iudicio contentus quorum & benignitatem & beneuolentissi-
mum in me animum obliuisci nunq̄ aut possum aut debeo. uidebar facile & odi-
um posse negligere & cōsilia hominum improborum & profecto quod attinet ad
cetera in hac eram sententia ut indignos illos exstimarem. quibus aliquādo respō-
derem. Sed in uno mihi obiecto here seos crimine hoc si facerem uerebar ne quod
non diluerem uiderer crimen agnoscere. Scribit autem & sapientissime Rufinus
esse quidem gloriosum Christi exēplo patiēter iniurias tollerare. At unā notā here
seos qui ferat uel dissimulet non esse christianum. & Hieronymus noster quanta
maxima potest animi contentione clarissima exclamat uoce. Nolo in suspitiōe he-
reses quēq̄ esse patientē. Taceo ergo me nō uult Hieronymus & in uitum ociosū
que hominē pro sua qua pōt auctoritate ad scribēdū trahit & impellit. Quare si q̄
sunt qui forte me tacere uellent sciant sibi non mecum sed cum Hieronymo eē cō-
trouersiam qui me tacere non uult. Hieronymo nō audire quis potest sine flagitio.
ipso ergo suadente imo cogente etiam breuē in aggressus sum scribere apologiā. nō
ut quēq̄ lacerem uel acculem sed ut a maximo quod mihi iniuria obicitur impieta-
tis crimine iure me exculem. hoc queso patiatur obtrectatores mei eo animo quo
ego iniquam illorum offensam passus sum semper. Patientur inq̄ ut qui xp̄ianus
de xp̄ianis sum parentibus natus qui uicillum xp̄i iesu in fronte gero qui pro xp̄i
fide etiam obeam lubēs quasi cū Paulo hoc ipsis equo animo audientibus exclamē
uoce. Non magus nō iudeus sum. nō ysaclita non hereticus. sed Iesum colo & ie-
su crucem in corpore meo porto per quem mihi mundus crucifixus est & ego mun-
do. Denique cum & sanctitatis & sapientie & id genus egregios titulos nec mihi

Rufinus

Hieronymus

Paulus

arrogem nec illis derogem hunc unum mihi ipsi pro quo tuendo etiam sanguinem
 ultro effundam queso non demant ut .i. me possim dicere christianum . Quod si
 concedunt hæc eis non scribo a quibus iam impetraui quod tota nostra contendit
 apologia . Aliis scribo qui esse me aut fuisse aliquando hereticū credūt uel suspicāt .
 Quisq̄ autem principale prepositum est hoc ut ostēdamus ab orthodoxo & catho-
 lico tramite nō me sed illos deuiare qui me hereticū calumniātur tamē postq̄ scri-
 bendum est dicemus & aliquid de his que primo nobis obiecta sunt ne meo silen-
 tio quasi culpe conscientia abuti possint nri obsecratores . Erat autem quod uiso
 in primis dabant multi hoc meum philosophari . Quibus hoc loco nihil sum respō-
 furus quia & causam philosophiæ seorsum agere opere peculiari est consiliū & om-
 nino si turpe est dare se litteris colere bonas artes & disciplinas malo hanc culpam
 agnoscere q̄ deprecari . His etiam qui genus hoc disputandi & hanc de deo de na-
 tura de moribus publice disceptandi institutionem detestantur . Multa non sum di-
 cturus : quando hoc crimen si crimen est cōmune est mihi cum magnis uiris imo
 cum probatissimis non solum nostre sed fere omnium etatum philosophis . Qui-
 bus fuit certissimum nihil ad consequendam quam querebant ueritatis cogniti-
 onem sibi esse potius q̄ ut essent in disputandi exercitatione frequentissimi . Sicut
 enim per gymnasticam corporis uires firmiores fiunt ita in hac quasi litteraria pale-
 stra animi uires & fortiores longe & uegetiores euadunt . Nec crediderim ego aut
 Poetas aliud per decantata Palladis Arma aut Hebreos . cum ferrum sapientū sim-
 bolum esse dicunt significasse nobis q̄ non est ista hoc genus certamina adipiscē-
 de sapientiæ oppido q̄ necessaria . Quo forte sit ut & Caldei in eius Genesi qui phi-
 losophus sit futurus illud desiderēt . ut Mars Mercurium iniquo aspectu cōspi-
 ciat quasi si hos congressus . hæc bella substuleris formiculosa & dormitans futu-
 ra sit omnis philosophia . Sed quod attinet ad hæc ut dixi malo auctoritatis & p̄
 iudiciū magnorum uirorum q̄ rationibus me defendere . Illud uidetur opere maio-
 ris satillacere his qui etate ingenio doctrina imparem dicunt me tam magne pro-
 uincie nec iuxta Placatum consuluisse humeros quid ferre ualeant quid reculent .
 Profecto hic mihi difficilis ratio defensionis dum si parem me dico imodesti & de
 se nimia sentientis . si imparem fateor temerariū & inconsulti uideor notam subitu-
 rus . Graues incidi angustias dum non possum sine culpa de me promittere quod
 non possum & sine culpa non prestare . Et quidem illud Iob asserere possem spiritū
 esse in omnibus & forsā audire cum Timotheo . Nemo contemnat adoleſcētiā
 tuam . sed ex mea uerius hoc conscientia dixero nihil in nobis esse magnum uel sin-
 gulare . studiosum me forte & cupidum bonarum artium non inficiatus . docti ta-
 men nomen mihi nec uendico nec arrego . Nam ut scripsit aliquando Hermolaus
 meas Deliciæ Romane lingue etatis nostre splendor & gloria non potest non indo-
 ctus esse qui se doctum credit . Quare & quod tam grande humeris onus impo-
 fuerum nō fuit propterea q̄ mihi conscius nostre infirmitatis nō essem . sed q̄ scie-

Gymnastica
 corporis ui-
 res firmiores
 fiunt.

Caldei

Oratius

Iob
 Thimoteus

Hermolaus

bam hoc genus pugnis. i. literariis esse pecaliare quod in eis lucrū est uinci. Quo
 fit ut imbecillissimus quisq; non detractare modo sed appetere ultro eas iure pos
 sit & debeat. Quando quidem qui succumbit beneficium a uictore accipit. non in
 iuriam. quippe qui per eum & locupletior domum id est doctior & ad futuras pu
 gnas redit instructior. hac spe animatus ego infirmus miles cum fortissimis omni
 um strenuissimiq; tam grauem pugnam decernere nihilsum uentus. Quod ta
 men temere sit factum nec ne rectus utiq; de euentu pugne q̄ de nostra etate pos
 terat quis iudicare. Restat ut his respondeam qui numerosa propolitarum rerum
 multitudine offenduntur. quasi hoc eorum humeris sederet onus. & nō potius hic
 mihi soli quantumcumq; est labor esset exandandus. Indecens profecto hoc & moy
 rosium nimis uelle aliene industrie modum ponere. & ut inquit Cicero in ea re que
 eo melior quo maior mediocritatem desiderare. omnino tam grandibus ausis erat
 necesse me uel succumbere uel satisfacere. Si satisfacere non uideo cur quod in
 decem prestare questionibus est laudabile in nongentis etiam prestasse culpa
 bile esset existimandum. Si succumberem erant habituri unde accusarēt si me ode
 runt. si amant unde excusarent. Quando in re tam graui tam magna tenui inge
 nio exiguaq; doctrina adolescentem hominem desecisse uenia potius dignum erat
 q̄ aculatione quin & iuxta poetam. si deficiant uires audacia certe laus erit &
 in magnis uoluisse sit est. quod si & nostra etate multi Gorgiam Leontinum imi
 tati non modo de nongentis sed de omnibus etiam omnium artium questionibus
 soliti sunt non sine laude proponere disputationem. Cur mihi non liceat uel sine
 culpa de multis quidem sed tamen certis & determinatis disputare. At superfluum
 inquit hoc & ambitiosum. Ego uero non superfluo modo sed necessario sa
 ctum hoc a me contendo quod & ipsi si meam philosophandi rationem considera
 rint inuiri etiam fateantur plane necesse est. Qui enim se cuiuspiam ex philosopho
 rum familiis addixerunt Thomae uidelicet aut Scoto qui nunc plurimum in ma
 nibus fauentes possunt illi quidem uel in paucatum questionum discussione sue
 doctrine periculum fecere. At ego ita me institui ut in nullius uerba iuratus me
 per omnes philosophie magistros funderem omnes sedas excuterem. omnes fami
 lias agnoscerem. Quare cum mihi de illis omnibus esset dicendum ne si priuati do
 gnatis defensor reliqua posthabuissim illi uiderer obstrictus. Non potuerunt eni
 am si pauca de singulis proponerentur non esse plurima que simul de omnibus delecte
 ferebantur. Nec id in me quisq; damnet q̄ me quocumq; serat tempestas delecte
 hospes. Fuit enim cum ab antiquis omnibus hoc obseruatum ut omne scripto
 rum genus euoluentes nullas quas possent commentationes illectas presen
 tent. Tum maxime ab Aristotele qui eam ob causam ἀπαγγεωρωτο. id est lector
 Platone nuncupabatur & profecto Anguste est mentis intra unam se porticum.
 aut Achademiam continuasse. Nec potest ex omnibus sibi recte propriam selegit
 se. qui omnes prius familiariter non agnouerit. Adde q̄ in unaquaq; familia est ali

Cicero

Gorgias leon
tinus.

Thomas
Scotus

Aristoteles
Plato

quid insigne quod non sit ei commune cum ceteris atque ut a nostris ad quos per
 strema philosophia peruenit nunc exordiat. Est in Ioanne Scotto uegetum quid-
 dam atquidiffusum. In Thoma solidum & equabile. In Egidio tersum & exactum
 In Francisco acre. & acutum. In Alberto pilicum amplū & grande. In Henrico ut
 mihi uisum est semper sublime & uenerandum. Est apud Arabes in Auenroë fir-
 mum & inconcussum. In auempace in Alpharabio graue & meditatum. In Auicenna
 diuinum atque platonium. Est apud grecos in uniuersum quidem nitida
 in primis & casta philosophia. Apud Simplicium locuples & copiosa. Apud The-
 mistium elegans & compendiaria. Apud Alexandrum constans & docta. Apud
 Theophrastum grauius elaborata. Apud Ammonii enodis & gratiosa. Et si ad
 platonicos te conuerteris ut paucos percontem. In Porphirio rerum copia & mul-
 tiuiga religione delectaberis. In Iamblico secretiorem philosophiam & barbarosū
 misteria ueneraberis. In Plotino priuum quicquid non est quod admiris qui se un-
 dique prebet admirandum quem de diuinis diuine. de humanis longe supra ho-
 minem docta sermonis obliquitate loquentem sudantes platonici uix intelligunt.
 Preterea magis nouicios Proclum. Asiatica fertilitate luxuriantem. & qui ab eo flu-
 xerunt Hermiam Damastium Olympiodorū & cōpures alios i quibus oibus il-
 lud το θεος. id est diuinum peculiare Platoniorum sibiolum elucet semper. Ac-
 cedit q̄ si qua est secta que ueniora incessat dogmata & bonas causas impertit ca-
 lumnia ludificetur. ea ueritatem firmat. non infirmat. & uelut motu quassatam
 flammam excitat. non extinguit. hac ego ratione motus non unius modo ut qui-
 busdam placebat. Sed omnigene doctrine placita in medium afferre uolui ut hac
 complurium sectarum collatione hac multisarie discussione philosophiæ ille uerita-
 tis fulgor cuius Plato meminit in epistolis animis nostris quasi sol oriēs ex alto da-
 rius illucesceret. Quid erat si latinorū tantum Alberti scilicet Thomæ. Scoti. Egi-
 dii. Francisci. Henrici q̄ philosophia obmissis grecorum arabumq̄ philosophis tra-
 ctabatur. quando omnis sapientia a barbaris ad grecos a grecis ad nos manauit.
 Ita nosstrates semper in philosophandi ratione peregrinis inuentis stare & aliena ex-
 coluisse sibi duxerunt satis. Quid erat cum peripatheticis egisse de naturalibus ni-
 si & platoniorum accerfebatur academia quorum doctrina & de diuinis semper
 inter omnes philosophias teste Augustino habita est sanctissima & a me nunc pri-
 mum quod sciam. uerbo ablit inuidia: Post multa secula sub disputandi examen
 est in publicum allata. Quid erat & aliorum quotquot erant tractasse opiniones
 si quasi ad sapientum simposium a simboli accedētes. nihil nos quod esset nostrū
 nostro partum & elaboratum ingenio afferrebamus. profecto in generosum est ut
 ait. Seneca. sapere solum ex commentario & quasi maiorum inuenta nostre indu-
 strie uiam precluserint quasi in nobis effeta sit uis nature. nihil ex se parere quod
 ueritatem si non demonstret saltem innuat uel de longinquo. Quod si in agro co-

Scotus
 Thomas
 Egidius
 Frānciscus
 Albertus
 Henricus
 Auenrois
 Auempace
 Alpharabius
 Auicenna
 Simplicius
 Themistius
 Alexander
 theophrastus
 Ammonius
 Porpharius
 Iamblicus
 Plotinus
 Proclus
 Hermias
 Damastius
 Olimpiodorus
 Plato
 Nota.

Augustinus
 Seneca

lonus in uxore maritus odit sterilitatem certe tanto magis infecundâ animam ede
rit illi complicita & affociata diuina mens. quanto inde nobilior longe proles defu-
deratur. Propterea non contentus ego præter communes doctrinas multa de Mer-
curij trimegij prætica theologia. Multa de Caldeorum de Pythagore disciplinis
multa de secretionibus hebreorum addidisse miseris plurima quoq; per nos inuē-
ta & meditata de naturalibus & diuinis rebus disputanda proposuimus. Proposui

Platonis
& Aristotelis
concordia
Simplicius
Augustinus
Io. gramati-
cus
Nota

mus primo Platonis Aristotelisq; concordiam a multis ante hac creditam a nemi-
ne satis probatam. Boetius apud Latinos id se facturum pollicitus non inuenit se
cisse unq; quod semper facere uoluit. Simplicius apud grecos idem professus uti-
nam id tam præstaret q; pollicetur. Scribit & Augustinus in academijs non de-
fuisse plures qui subtilissimis suis disputationibus idem probare conati sunt. Plator
nis. l. & Aristotelis eandem esse philosophiam. Ioannes item grammaticus cum di-
cat apud eos tantum dissidere Platonem ab Aristotele qui Platonis dicta non intel-
ligunt probandum tamen posteris hoc reliquit. Addidimus autem & plures locos
in quibus Scoti & Thome plures in quibus Aueros & Auicenne sententias que
discordes existimantur concordēs esse nos asseueramus. Secundo loco que in phi-
losophia cum Aristotelica tum Platonica excogitauimus nos. tum duo & lxx. noua
dogmata physica & metaphysica collocauimus que si quis teneat poterit nisi
fallor quocūq; de rebus naturalibus diuinisq; propositam questionem longe alia
dissolueret ratione q; per eam edocemur. que & legitur in scolis & ab huius eui do-
ctoribus colitur philosophiam. Nec tam a admirari quis debet me in primis annis in

noua dogma-
ta excogitata

Nota.

tenera etate per quâ uix licuit ut iactant quidam aliorum legere commentatiōes no-
uam afferre uelle philosophiam q; uel laudare illam si defenditur uel damnare si re-
probatur. Deniq; cum nostra inuenta hec nostraq; sunt litteras iudicaturi non au-
ctoris annos. sed illorum merita potius uel demerita numerare. Est autem & præ-
ter illam alia quam nos attulimus noua per numeros philosophandi institutio. an-
tiqua illa quidem & a præticis theologis a Pythagora præsertim ab Aglaophemo. a
Philolao. a Platone prioribusq; Platonice obseruata. Sed que hac tempestate ut
preclara alia posteriorū incuria sic exoleuit ut uix uestigia ipsius ulla reperiantur.

Noua institu-
tio philoso-
phandi per nu-
meros
Plato

Scribit Plato in Epimionide inter omnes liberales artes & scientias contemplatrices
precipuum maximeq; diuinam esse scientiam numerandi. Querens item cur ho-
mo animal sapientissimum. Respondet quia numerare nouit. cuius sententiæ & Ari-
stoteles meminit in problematis. Scribit Abunafar uerbum fuisse Auenzoar Ba-
bilonij eū omnia nosse qui nouerat numerare. Que uera esse nullo modo possunt
si per numerandi artem eam artem intellexerunt. cuius nunc mercatores in primis
sunt peritissimi. Quod & Plato testat exerta nos admonens uoce. ne diuinam hanc
arithmetica mercatoriam esse arithmetica intelligamus. hanc ego arithmetica
que ita extollitur cum mihi uidear post multas locubrationes exploratam habere

Aristoteles
Abunafar
Auenzoar
Plato

huiuscerei periculum facturus ad quatuor & septuaginta questiones quæ inter
 phisicas & diuinas principales exstantur respõsurum per numeros publice me-
 sum pollicitus . Proposuit & magica theorematum in quibus duplicem esse
 magiam significamus quarum altera demonum tota opere & auctoritate con-
 stat res medijs fidijs execranda & portentosa . altera nihil est aliud cum bene ex-
 ploratur q̄ naturalis philosophiæ absoluta consumatio . Virtusq; cum meminere
 greci illi magi nullo modo nomine dignantes γορτυσῶν nuncupant hanc propria
 peculiariq; appellatione μαγία quasi perfecti summisq; scientiam uocant . Idẽ
 enim ut ait Porphyrius perfarum lingua magus sonat quod apud nos diuinorũ in
 terpres & cultor . Magna autem immo maxima inter has artes disparitas & diffi-
 militudo . Illam non modo christiana religio . sed omnes leges omnis bene in stituta
 republica damnat & execratur . Hanc omnes sapientes omnes celestiu & diuinay
 rerum studiose nationes approbant et amplectuntur . Illa artium fraudulentiſſima
 hæc altior sanctiorq; philosophia . Illa uita & uana . hæc firma fidelis & solida . illa
 quisquis coluit semper dissimulauit q; in auctoris esset ignominiam & contumeli-
 am . Ex hac summa literarum claritas gloriæq; antiquitas & pene semper petita . il-
 lius nemo unq; studiosus fuit uir philosophus & cupidus discendi bonas artes . ad
 hanc Pythagoras . Empedocles . Democritus . Plato descendam nauigare hanc p̄-
 dicauerunt reuersi . & in archanis precipuam habuerunt . Illa ut nullis rationibus
 ita nec certis probatur auctoribus . Hæc clarissimis quasi parentibus honestata du-
 os precipue habet auctores Xamolidem quem imitatus est Abbaris hyperbore-
 us . & Zoroastrem non qui sorte creditur sed illum Oromasi filium . utriusque ma-
 gie quid sit . Platonem si percontemur respondebit in Alcibiade Zoroastres ma-
 giam non esse aliud q̄ diuinorum scientiam qua filios Perfarum reges erudiebant .
 ut ad exemplar mundane reipublice suam ipsi regere reipublicam edocerentur .
 Respondebit in Carmide magiam Xamolidis esse animi medicinam per quam
 scilicet animo temperantia ut per illam corpori sanitas comparatur horum uegi-
 gijs postea perſiterunt Carondas Damigeron . Apollonius Hostanes & Darda-
 nus perſinit Homerus quem ut omnes alias sapientias . ita hanc quoque sub sui
 Vlixis erroribus dissimulasse . In poetica nostra theologia aliquando probabimus
 perſiterunt Eudoxus & Hermippus . perſiterunt fere omnes qui pythagorica Pla-
 tonicaque misteria sunt perſerutati . Ex iunioribus autem qui eam colleserint tres
 reperio . Alchamund arabem . Rogerium bachonẽ & Guilielmũ parisiensem . & tẽ
 pestate nra uidi Antoniuũ cronici q̄q; in maximis agẽdis tractatissq; rebus occupa-
 tissimũ . q̄ illius tamẽ ingeniũ sublimitas & elegãtia ut oēs alias liberales artes . ita
 hæc quoque pulcherrime attigisse . Meminit & Plotinus ubi nature ministrũ & nõ
 artificẽ magũ demonstrat . hæc magiã pbat asseueratque uir sapiẽtissimus alteram

Duplex ma-
 gia

Verba plinii
 libro .xxx.
 Xamolides .
 Abbaris hyp-
 boreus
 Zoroastet
 Plato
 Carondas
 Damygeron
 Apollonius
 Dardanus
 Homerus
 Eudoxus
 Hermippus
 Alchidus ara-
 ba rog .bach.
 Guilielmus
 parisiensis
 Antonius cro-
 nicus
 Plotinus

Nota.

ita abhorrens ut cum ad malorum demonum sacra uocaretur rectius esse dixerit ad se illos q̄ se ad illos accedere. & merito quidem. Ut enim illa obnoxium mancipatumque improbis potestatibus hominem reddit. ita hæc illarum principem & dominum illa denique nec artis nec scientie sibi potest nomen uendicare. Hæc altissimis plena misteris profundissimam rerum secretissimarum cõtemplationem & demum totius nature cognitionem complectitur hæc inter sparsas dei beneficio & inter seminatas mundo uirtutes quasi de latebris euocans in lucem non tam facit miranda q̄ facienti nature sedula famulatur. hæc uniuersi consensus quem significannus greci $\sigma\upsilon\mu\mu\alpha\tau\alpha$ dicunt introsum percuratius rimata et mutua naturarum cognitiõem habens perspectam natiuas adhibens unicuiq; rei & suas illecebras quæ magorum $\omega\gamma\gamma\epsilon\tau\alpha$ nominantur in mundi recessibus in nature gremio in promptuariis archanisq; dei lauitantia miracula quasi ipsa sit artifex promit in publicum. & sicut agricola ulmos uinibus ita magus terram celo. id est interiora superiorum donbus uirtutibusq; maritat quo fit ut q̄ illa prodigiõsa & noua tam hæc diuina & salutaris appareat. ob hoc precipue q̄ illa hominẽ dei hostibus mancipans auocata deo hæc in eam operum dei admirationẽ excitat quã propõsa caritas fides ac spes certissime consequuntur. Neque enim ad religionem ad dei cultum quicq; promouet magis q̄ assidua contemplatio mirabilium dei que ut per hanc de qua agimus naturalem magam bene explorauerimus in epistolis cultum amoremque ardentius a nimati illud canere compellemur. Pleni sunt oeli plena est omnis terra maiestate glorie tue. & hæc satis de magia de qua hæc diximus q̄ sunt plures qui sicut canes ignotos semper adlatrant ita & ipsi sepe damnant oderuntq; quæ non intelligunt. Venio nunc ad ea que ex antiquis hebreorum misteris eruta ad sacrosanctam et catholicam fidem confirmandam attuli. Quæ ne forte ab his quibus sunt ignota commenticie nuge. aut fabule circulatorum existimẽtur. Volo intelligant omnes que & qualia sint unde petita. quibus & q̄ daris auctoribus confirmata. q̄ reposita q̄ diuina q̄ nostris hominibus ad propugnandã religionem contra hebreorum importunas calumnias sint necessaria. Scribunt non modo celebres hebreorum doctores. sed ex nostris quoque Eltras. Hilarius & Origenes. Mosem non legem modo quam quinque exaratam libris posteris reliquit. sed secretiore quoque & ueram legis enarrationem in monte diuinitus accepisse. Preceptum autem ei a deo ut legem quidem populo publicaret. legis interpretationem nec traderet litteris nec inuulgaret sed ipse se sua uel tantum tum ille aliis deinceps succedentibus sacerdotum primoribus magna silentii religione reuelaret. & merito quidem. Satis enim erat uulgaribus & per simplicem historiam nunc dei potentiam. nunc in improbos iram. in bonos clementiam. i omnes iusticiam agnoscere. & per diuina salutariaq; precepta ad bene beateq; uiuendum & cultum uere religionis institui. At misteria secretiora & sub cortice legis radiq; uerborũ pretestu

Quid ad dei religionẽ promoueat potissimũ

Eltras
Hilarius
Origenes.

latitanti altissime diuinitatis archana plebi palam facere. Quid erat aliud q̄ dare sanctum canibus & inter porcos spatgere margaritas. Ergo hec clam uulgo habere perfectis communicanda inter quos tantum sapientiam loqui se ait Paulus non humani consilii sed diuini precepti fuit. Quens morem antiqui quoque philosophi sanctissime obseruauerunt. Pythagoras nihil scripsit nisi pauca quedam que Dame filie moriens commendauit. Egyptiorum templis insculpte spinges hoc ad monebant. ut mistica dogmata per enigmatum nodos a prophana multitudine in violata custodirentur. Plato Dion quidam de supremis scribens substantiis per enigmata inquit dicendum est ne si epistola forte ad hocum peruenerit manus que tibi scribimus ab aliis intelligatur Aristoteles libros prima philosophia i quibus agit de diuinis ednos esse & non ednos dicebat. Quid plura lesam christum uite magistrum asserit. Origenes multa reuclasse discipulis. que illi ne uulgo fierent comunia scribere noluerunt. Quod maxime confirmat Dyonisius areopagita qui se cretiora misteria a nostre religionis auctoribus

Pythagoras
Dame

Plato

Aristoteles
Iesus christus

Origenes
Dyonisius

id est ex animo

in animum sine litteris medio intercedente uerbo ait fuisse transfusa. Hoc eodem penitus modo cum ex dei precepto uera illa legis interpretatio Mose deus tradita reuelaretur. dicta est Cabala quod idem est apud hebreos quod apud nos receptio. ob id scilicet q̄ illam doctrinam non per litterarum monumenta sed ordinariis reuelationum successibus alter ab altero quasi hereditario iure reciperet.

Cabala

Verum postq̄ hebrei a Babilonica captiuitate resurati per Cirum & sub Zorababel insaurato templo ad reparandam legem animum appulerunt. Esdras tunc ecclesie prefectus post emendatum Moyses librum. cum plane cognosceret per exilia cedes. fugas. captiuitatem generis Israhelice insuratum a maeribus motem tradende per manus doctrine seruari non posse futurūque ut sibi diuinitus indulta celestis doctrine archana perirent. quorum commentariis non intercedentibus dura re diu memoria non poterat. Constituit ut conuocatis qui tunc superant sapientibus afferret unusquisque i medium que de misteris legis memoriter tenebat adhibitisq̄ notariis in septuaginta uolumina. tot enim sere in linedrio sapientes redigerentur. Quis de te qui mihi non credunt audiant Esdras ipsum sic loquentem.

Cirus
Zorababel
Esdras

Esdras

Exactis quadraginta diebus locutus est altissimus dicens. Priora que scripsisti in palam pone legant digni & indigni. Nouissimos autem. lxx. libros conseruabis ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est uena intellectus & sapientie fons & scientie flumen atque ita feci. Hac Esdras ad uerbum. Hi sunt libri scientie Cabale in quibus merito Esdras uenam intellectus. i. ineffabilem desuper substantiali deitate theologiam sapientie fontem. i. de intelligibilibus angelicisque formis exactam methaphisicam & scientie flumen. i. de rebus naturalibus firmissimam philosophiam esse clara in primis uoce pronūciauit. Hi libri Sixtus quartus pōtifex maximus q̄ hūc sub quo uiuimus feliciter Innocentiū octauū proxime antecessit

Sixtus q̄rtus
Innocentius

No.

maxima cura studioque curavit ut in publicam fidei nostre utilitatem latinis literis mandarentur. Iamq; cum ille decessit tres ex illis pervenerat ad latinos. Hi libri apud hebreos hac tempestate tanta religione coluntur ut neminem liceat nisi annos .xl. natum illos arringere hos ego libros non mediocri impensa mihi esse comparassem. summa diligentia indefessis laboribus cum perlegissem uidi in illis testis esse deus; religionem non tam Mosaicam q̄ christianam ibi trinitatis mysterium. ibi uerbi incarnatio. ibi messie diuinitas. ibi de peccato originali. de illius per christum expiatione de caelesti Hierusalem. de casu de monum. de ordinibus angelorum. de purgatorio. de inferorum penis. Eadem legi que apud Paulum & Dionysium apud Hieronymum & Augustinum quotidie legimus. In his utro que spectant ad philosophiam Pythagoram procerus audias & Platonem quorum decreta ita sunt fidei christiane affinis. ut Augustinus nos ter impletus deo gratias agat q̄ ad eius manus pervenerint libri Platoniorum. In plenum nulla est sermo de te nobis cum hebreis controversia. de qua ex libris cabalistarum ita redargui conuinciq; non possint ut ne angulus quidem reliquus sit in quem se condant. Cuius rei re-

Augustinus:

stem grauissimum habeo Antonium Cronicum uirum eruditissimum qui suis auribus cum apud eum essem in conuivio audiuit Dactylum Hebreum peritum huius scientie in christianorum procerus de trinitate sententiam pedibus manibusque descendere. Er ut reliqua mee disputationis capita perconferam. Attulimus & nostram de interpretandis Orphei Zoroastrisq; carminibus sententiam Orpheus apud grecos sermo integer. zoroaster apud eos mancus. apud caldeos absolutior legitur. Ambo prisce sapientie crediti patres & auctores. Nam ut taceam de zoroastre. cuius frequens apud platonicos non sine summa semper ueneratione est mentio. Scribit Iamblicus calceus habuisse Pythagoram orphicam theologiam ratiq; exemplar ad quam ipse suam effingeret formaretque philosophiam. Quin idcirco tantum dicta Pythagore sacra nuncupari dicunt q̄ ab Orphei fluxerint institutis. Inde secreta de numeris doctrina & quicquid magnum sublimemq; habuit greca philosophia ut a primo fonte manauit. Sed qui erat ueterum mos theologorum ita Orpheus suorum dogmatum mysteria fabularum intexit in uolueris & portico uelamento dissimulauit ut si quis legat illius hymnos nihil subesse credat preter fabellas nugatasq; meracissimas. quod uolui dixisse ut cognoscatur quis mihi labor q̄ fuerit difficultas ex affectatis enigmatum syrtis ex fabularum latebris latitantes eruere secreta philosophie sensus. nulla p̄sertim in re tam graui tam abscondita in exploratq; adiuto aliorum interpretum opera & diligentia. Et tamen oblatrabant canes mei minutula quedam & leuia ad numeri ostentationem me accumulasse quasi non omnes que ambigue maxime controversesq; sunt questionem in quibus principales digladiantur academie quasi non multa attulerim his ipsis qui & mea carpunt & se credunt philosophorum principes & incognita procerus & intentata. Quin ego tantum absum ab ea culpa ut curauerim in quam paucissima

Antoñius cronicus

Dactylus hebreus

Orpheus

Zoroaster

Iamblicus

Pythagoras:

Nota.

ita Orpheus suorum dogmatum mysteria fabularum intexit in uolueris & portico uelamento dissimulauit ut si quis legat illius hymnos nihil subesse credat preter fabellas nugatasq; meracissimas. quod uolui dixisse ut cognoscatur quis mihi labor q̄ fuerit difficultas ex affectatis enigmatum syrtis ex fabularum latebris latitantes eruere secreta philosophie sensus. nulla p̄sertim in re tam graui tam abscondita in exploratq; adiuto aliorum interpretum opera & diligentia. Et tamen oblatrabant canes mei minutula quedam & leuia ad numeri ostentationem me accumulasse quasi non omnes que ambigue maxime controversesq; sunt questionem in quibus principales digladiantur academie quasi non multa attulerim his ipsis qui & mea carpunt & se credunt philosophorum principes & incognita procerus & intentata. Quin ego tantum absum ab ea culpa ut curauerim in quam paucissima

potui capita cogere disputationē. quam si ut cōsueuerūt alii partim ipse i sua mēbra & lancinare uoluissē innumerū pfecto numerū excreuisset. Et ut tacē de ceteris quis est qui nesciat unū dogma ex nō gētis q. s. de conciliāda ē Platonis Aristotelisq; philolophia potuisse me citra oēm affectate numerositatis suspitionē i sexcēta ne dicā plura capita deduxisse locos. s. oēs i quibus diffidere alii cōuenire ego illos existimo particulatim enumeratē. Sed qd ego his diutius inoror & nō potius ad id deuenio cuius gratia totū hoc opus susceptū est ut liquido ut luce clarius ut extra oēm cōtrouersia nō me solū non impiū. sed impios et hereticos esse illos cōprobem qui me hereticum esse aut fuisse aliquando dicere nō erubescūt. Agā autē hoc ego nō cōiucis & cōtumelias. sed ipsis rebus & rationibus asserendo in mediū. que dixi que scripsi que leni. Quid item illi dixerint & senserint. Examinabūt hec deinde alii uiri docti & insignes & apud nostras & apud exteras Academiās iudicabit sancta sedes & sedens in ea Innocentius octauus. Cuius iudicium negligere aut uiolare nephās & flagitium. Ipse iudex supremus in terris qui cū refert qui iudex est uiuorum & mortuorum. Ipse promptuarium archanūq; ueritatis qui eius agit uices qui est ipsa ueritas & caro factus habitauit in nobis ut ueritatem nobis annūciaret. Sed iam ad ipsas examinandas quēstiones defecdamus quas magistri isti quasi hereticas damnauerunt. Quod facturo mutanda est loquendi ratio. Est enim mihi cum barbaris sermo & ut lepide est in prouerbio balbi non nisi balbos intelligunt.

Sācta sedes.
Innocentius.

Lepidū prou
uerbiū.

QUESTIO PRIMA DE DESCENSV CHRISTI AD INFEROS.

PRIMA conclusio ex propositis a me in disputatione mea quam isti damnauerūt fuit hoc. Christus nō ueraciter & quantum ad realē presentiā descendit ad inferos ut ponit Thomas & communis uia sed solum quo ad effectum. Circa istam conclusionem primo uolo declarare sensum meum & que sit mens & opinio mea de modo defensus Christi quam fuit mee intentionis explicare in proposita conclusione & ostendere illam non solum esse catholicam. & a multis catholicis doctoribus creditam & approbatam. Sed etiam sua opposita longe probabiliorē. Secundo declarabo quomodo etiam ipsa propositio de uirtute sermonis & secundum uim uerborum a doctis uiris nullo modo est heretica uel heresim sapienter simpliciter iudicanda. Tertio declarabo qd ipsi errant in fide si persistunt in hac sententia qd ego non possum conclusionē meam etiam in sensu quē permittit uis uerborū ab heresi defendere. Quarto & ultimo ex superabundanti ostēdā qd nullo modo possunt se excusare qd in cōsulte nō fuerit facta dānatio eorū. Prius autē qd exponā modū secūdū quē ego te neo xpm descendisse ad inferos uolo hec pramittere qd licet teneamur explicare & i particulari credere xpm descendisse ad inferos tanq̄ articulū fidei a Philippo nobis traditum & promulgatum sic qd etiam protestatio mea a ut ei similis nō saluaret illū qui

Quomō ide
claranda cō/
clusiōe pōs/
futus sit.

poneret oppositum istius articuli. Nō uidetur tamē q̄ determinatū modum illius descensus teneatur quilibet fidelis explicite & in particulari credere. Sed sufficere uidetur homini xp̄iano q̄ credat xp̄m descendisse ad inferos nō secūdū corpus nec secūdū corpus & animā sed secūdū animā tm̄. & hūc descensum secūdū animam credat fuisse modo possibili decenti expediēti & oportuno. & hoc quia determinatus modus illius descensus nō habetur expresse nec uidetur cōuinci ex scriptura sacra nec ex aliqua determinatiōe uniuersalis ecclesie aut speciali dei reuelatione uel apostolorū fidei relatiōe. imo q̄ plus est

Scotus
Frānciscus de
mayronis.

Scotus i sacris litteris nō parū exercitatus dicit q̄ ex scriptura sacra nō habet q̄ xp̄s descēderit ad inferos ut refert Frānciscus de maironis i quarto Iniarum. Quāto minus dicere possumus q̄ ex scriptura habeat certus & determinatus modus descensus xp̄i. Vnde & nō desuit aliquis doctor cuius ego etiā in hoc articulo dēnationē nunq̄ legi cui uisum est probabile & cū ueritate articuli defensibile q̄ aīa xp̄i nō fuerit p̄sentialiter i inferno. & auctoritates omnes quas & Frānciscus i quarto & theologi alii adducūt i tertio uideri pōt alicui q̄ ita possunt exponi de descēsu per effectū sicut per realem p̄sentiā. etiā sequēdo modū exponēdi scripturā quē sequūtur ipsimet doctores q̄ tenēt oppositū. Legitur enim ecclesiaste. xxxiii. Penetrabo omnes inferiores ptes terre. Quod exponēs Thomas in tertia parte summe dicit intelligēdum esse per effectum. ergo a simili diceret forte aliquis posse exponi auctoritates dicētes ipsum penetrasse ad limbū uel ad sinum Abrae. Idem enim est penetrare q̄ penitus & intra intrare quod etiā plus est q̄ descēdere. Quare si nō solum intrasse sed etiam penitus & intro intrasse dicitur inferiores partes terre nō quia ibi fuit realiter p̄sēns sed quia ibi fuit solum per effectum. Ita poterit etiam dici fuisse in sinu Abrae & intrasse sinum Abrae p̄ effectum tātum & nō per realem p̄sentiā. Hoc autem nō ideo dico quia ego crederem unq̄ q̄ christus alibi existēs p̄sentialiter ideo solum dicitur fuisse i inferno quia ibi aliquid sit operatus sicut rex existēs i palatio dicitur esse i alio loco prouincie ubi a ueritate potestatis sue & imperio suo aliquid efficaciter operatur. Neq̄ enim ista fuit opinio mea unq̄ ut mox patebit i declaratiōe opinionis mee. Immo ego firmiter & teneo & tenui & publice semp̄ & priuate dixi q̄ sicubi fuit aīa xp̄i in triduo ipsa fuit i inferno et q̄ ipsa uere ibi fuit p̄sēns. Sed uolui hoc dixisse ad plenitorem huius materie examinationē. ut & illud Augustini dictum i libro de heresibus uerificari uideamus nihil esse difficilius q̄ definire hoc est hereticū aut non hereticum. Vnde & propter hoc dicit ipse cōgisse q̄ cum duo scriptores ambo ce-

Frānciscus

Thomas

lebenimi Epiphanius & Philistrius de heresibus scripserunt in numerandis illis multum discordant non q̄ ab aliam causam q̄ propter ea q̄ illud quod uni uidebatur hereticum alteri non uidebatur. Sed iam uenio ad manifestādam opinionem meam de modo descensus Christi & ad perfecte declarandum conclusionem meam. Primo summam ponens intellectum eius. Secundo illum latius exemplificans & probans. Summarius sensus conclusionis mee est iste. Quia Christus secūdum animam tantum descendit ad inferos & a nime sicut cuiusq̄ sēte sepeate ui-

Augustinus.
No.
Epiphanius
Philistrius

Augustinus. No. Epiphanius Philistrius

Sūmarius &
sus cōclusiōij

Sūmarius & sus cōclusiōij

detur non competere locari uel moueri localiter nisi ratione operationis. Ideo dico
 q̄ descendisse ad infernum uel fuisse in inferno localiter uidetur non cōpotuisse x̄po
 nisi rōne operatōis ita q̄ licet uere p̄sentialiter fuerit aīa x̄pi in inferno s̄bā tamē sua
 nō fuit ei ratio p̄sentialitatis sed solū sua operatio. Quae uerba ut plenius itelligā
 tur est aduertendum q̄ eorū qui ponūt s̄bās sepe ratas nō esse in loco nisi per opera
 uenē trāseuntē est duplex opinio. Quidā enim dicūt q̄ s̄bē incorporee rōne suae s̄bē
 nullo modo debetur locus. sicut & ipsa uere nūq̄ est alba uel nigra & ita q̄ de ipsa
 secūdu eos non irrationabiliter potest dici q̄ non est in loco & q̄ nūq̄ est. sicut etiā
 uere dicitur q̄ nec est calida nec frigida. Auctoritates autē scripture quae uidentur an
 gelis dare locum dum dicunt ipsos esse in caelo uel mitti ad hunc locum uel ad illū
 esse intelligendas sic. nō q̄ ipsi hic uel ibi sunt cum ipsi proprie non sint in loco sed q̄
 hic operantur uel ibi uel incipiūt operari ubi prius nō operabātur. & isti multū in
 nātuntur uerbis Gregorij nisiemi qui dicit q̄ cum nos deberemus dicere sp̄m̄ opera
 ri hic. abusive dicimus ipsum eē hic & ita uult ista opinio. q̄ substantia angeli uel
 anime separate nūq̄ pōtē dici p̄sens potius huic loco uel illi nisi p̄sens negatiue. i.
 indistans. Sed si quādo dicitur alicubi esse uel fuisse. idem est ac si diceretur alicu
 bi operari uel operatū fuisse. Adduntq̄ q̄ ille modus loquēdi trāsumptus ē a rebus
 corporalibus quas q̄ nos uidemus non posse agere nisi ubi sunt praesentes saltē se
 cūdu eōem opinionē. Ideo etiā i dē credētes de incorporeis cōcludimus q̄ ubi operā
 tur & ubi inueniuntur esse opatio eorū ubi etiā sit eorū substantia localiter p̄sens. Con
 cludūt finaliter q̄ ruditas ē ingenij & defectus imaginatiōis nō posse intelligere q̄
 aliquid sit ens & nō sit in loco & q̄ friuolū est argumētū illocū qui dicūt q̄ esse pre
 supponit operari qa uera est illa p̄positio ad hunc sensum q̄ nō ens nō pōt operari
 Oportet enim agens esse in actu iuxta illud semp existimabitur aliqua species mo
 uens. sed nō est uera ad hūc sensum q̄ operari in loco p̄supponit esse in loco cū nec
 oprantē esse talis nature q̄ ei non plus debetur praesentia aut distantia localis q̄ de
 beatur albedo aut nigredo. Dicent ergo sic opinantes q̄ anima x̄pi separata a cor
 pore secūdu suā substantiā. nec fuit i inferno nec extra infernū sed uere nullibi fuit.
 Dicitur autem fuisse in inferno qa operata est in inferno. & in illa parte inferni p̄i
 cipaliter dicitur fuisse ubi principaliter ē operata. Istā autē opinionē de modo essen
 di p̄sentialiter in loco. licet etiā multi doctores teneant ego tamen non teneo nec
 sequutus sum eam in conductione mea. sed eam tenui quam immediate subiungā.
 Est ergo alia opinio quae dicit q̄ substantia separata sicut est angelus & anima non
 unita corpori est quidem uere in loco. & ita uere definitiue ē praesens localiter sicut
 res corporea ē cōmēsuratiue p̄sens localiter. & hoc cōuenit ista uia cōi q̄ ē uia
 Scoti & omnū Scotistarum. Sed in hoc discrepant q̄ scotiste dicunt q̄ finis & li
 mitatio essentiae & finaliter intrinseca determinatio suae substantiae est ratio substan
 tiae separate essendi in loco. Ista autem opinio quam ego sum secutus in conclusiōe
 dicit q̄ licet licet substantia corporea sit cōmēsuratiue in loco tamen ratio ei essen
 di taliter in loco non est sua substantialitas sed quantitas quae est extrinseca & ex

Duplex opi
 nio eorū q̄ po
 nūt substan
 tias sepeatas p
 operationem
 trāseuntē i lo
 co esse.

Prima

Gregorius ni
 senus

Secunda opi
 nio quam au
 stor tenuit
 Differentia i
 ter hūc opini
 onem & opi
 nionem loci
 starum

Declaratio
opinioniſ

tranea a ratiōe ſue ſubſtantię, ita etiam licet ſubſtantiã incorporea uere ſit definitiue
in loco & preſens localiter tamentatio ei eſſendi i loco nō eſt ſua ſubſtantiã, ſed ope
ratio eius ab ea traſſiens ad extra. Quam opinionem ego iudico ſic intelligendã &
ſic intellectam iudico non ſolum non hereticam ſed etiam probabiliorem ſua op/
poſita. & eſt q̄ etiam ſi finitas uel limitatio nature ſeparate ſit ei ratio non eſſendi
ubiq̄, aut ratio q̄ ſi ſit in uno loco nō ſit ſimul in alio totali. & in utroq̄ p̄ naturã,
nō tam ē ratio eſſendi ſimpliciter i loco ipſo ſubſtantię ſepate. Sed eius effectus uel
operatio capiēdo operationē p̄to omnia habitudine ad corpus uel locū habente ſe
per modū operationis actiue uel paſſiue, alia ab habitudine preſentialitatis loci &
hoc intelligēdo de facto nō negido aliū modū poſſibile deſcenſus uel locatiōis ani/
me ſepate ut dico in ſequenti conſuſione qui tamen modus eſt nobis ignotus. hęc
ego opinione ſequutus in cōcluſione mea dico chriſtum fuiſſe in inferno ſolum per
effectum quia ex quo nō fuit ibi niſi ſecūdū animam. Dicendū eſt ſecūdū opinio
nem iſtã q̄ ſicut ſubſtantiã corporee nō cōpetit fuiſſe alibi cōmenſuratiue niſi per
quantitatem ita illi aſe nō cōpetebat eſſe in inferno ubi creditur fuiſſe niſi per effe
ctum & operationem, ſed ſicut ratio preſentialitatis animabus ſanctoy patrū fuit
habitudo ad illū locū habens ſe per modū operationis tranſeuntis ſicut erat deten/
tio & alligatio ad illū locū donec aperta ianua a redēptore extraherentur. Ita ratio
preſentialitatis anime xpi fuit operatio quam ibi eſt operatus, & q̄ illa fuerit mens
mea & q̄ hoc pretendant uerba cōcluſionis mee infra manifeſtabo ubi declarabit
concluſionem in te etiam de uirtute ſermonis & ſecundum uim uerborum nō eſt

Nota:

hereticam iudicandã. Vtra autem opinio ſit uerior de modo eſſendi in loco ſubſtan/
tiam ſeparatarum ſcotiſtarum. ſ. an eorum quos ſum ſequutus ego non deter/
mino hoc tantum dico a te tantiq̄ magiſtris doct̄oribꝫ catholicis & doctrina
& ſanctitate celeberrimis creditam eſſe opinionem meam & habitam pro ueriffi
ma, ut longe magis temerari iudicãdi ſint, ſi qui ſunt q̄ opinione doct̄oy tam p̄ba
toy p̄ heretica aut hereſim ſapiēte audent iudicare q̄ ego q̄ auctoritatē ueterū illo
rum theologoy iuniorum determinationibus antepōnam. hanc enim opinionem

Bernardus d
gannaco

**Thomas an/
glicus**

**Heruus bri/
to**

S. Thomas

**Archiepiſcō/
pus malphi/
tenſis**

**Ioannes pari/
ſienſis**

Nota.

quam ego ſequor licet aſſertiuē tenet nō ſolū durãdus ſed & Bernardus de gannaco
in p̄pugnationibus Henrici quolibeto ſecūdo. Tenet Thomas anglicus i quolibetis
ſuis. Tenet Heruus britonus in ſuo ſecūdo ſinãri. Tenet & beatus Thomas i pri
mo ſententiarum licet alibi deinde uideri poteſt ſequi aliam opinionem. Tenet ar/
chiepiſcōpus malphitenſis in ſuo ſecūdo. Tenet Ioannes pariſienſis in correctorio
corruptorū. & quid plures enumerō tenuerunt credo iſtam opinionem pluſq̄ cen/
tū doct̄ores catholici & probatiſſimi quorum libri non ſolum non reprobati ab ec/
cleſia, ſed celebres in oibꝫ xp̄anorū gymnafiis publice legūtur, quos ſiquis uolue/
rit adire uidere poterit fundamēta opinionis & cognoscere probabilitatem eius qd̄
ego non intendo hic facere qui ſolum hoc ago ut ſic propolitas a me concluſiones
declarem, ut inde nec ſimplices habere poſſint unde ſcandalizentur nec detractov
tes ſi qui ſunt quod calumnientur. Exercitiū tamen gratia adducam quedam ar/
tes ſi qui ſunt quod calumnientur. Exercitiū tamen gratia adducam quedam ar/
tes ſi qui ſunt quod calumnientur.

gumenta que audiui cōtra istā opionē. Primo arguitur per articulum Parisien. ccciii. qui dicit dicere substantiam angeli non esse in loco sine operatione. error. Secundo arguitur quia possibile est substantiam separatā nihil operari ad extra quo posito. queritur an sit alicubi an nusq̄. an ubiq̄. non nusq̄. quia adhuc illo posito erit pars uniuersū & ita erit uerū dicere q̄ est in mundo non ubiq̄ quia hoc est p̄ uerūm dei ergo alicubi. Tertio quia angeli dicuntur esse in celo empireo & tamen nullam operationem transeuntem habent erga illud celum. Item instabat quidā magister generalis potissimum duabus rationibus quarum prima est hæc q̄ locu/ sa quacuq̄ operatiōe ad extra adhuc essentia angeli ē finita ergo adhuc ut sic defini/ nitur ad locum. Secūda est hæc quia si quid uideretur eē quare negetur locus ab an/ gelo hoc est quia non habet extensionem hoc autem nihil impedit quia etiā si pun/ ctus daretur separatus a linea adhuc haberet situm & tamen punctus non habet extensionem. Ad primum multiplex pater responsio secūdū prenominos docto/ res. Sunt enim quidam qui uolentes saluare articulum simul cum positione dicūt q̄ mens articuli est q̄ opinio ponens substantiam separatā nō esse in loco nisi p̄ opa/ tionem que est exterior mono localis uel alteratio realis est error & q̄ illa sit mens articuli pater quia articulus. lxxvii. sic dicit quāsi declarādo istum dicere q̄ si esset aliqua substantia separatā q̄ non moueret aliquod corpus in hoc mundo illa nō cla/ uderetur in uniuerso. error. Ecce q̄ sicut in articulo quem ponit arguens dicit erro/ rem esse angelum esse solum in loco per operationem ita in isto dicit errorem esse dicere q̄ substantia separatā non clauditur in hoc uniuerso nisi per motum cor/ poris. Vnde uidetur idem intelligere per operationē in articulo. ccciii. q̄ per motū in articulo. lxxvii. Non ponit autē ista positio solum per operationem isto mō sum/ ptam angelum esse in loco. ut patebit in responsione ad tertium. Itē dicit solennis doctor Godfredus de fontibus q̄ isti articuli indigent magna correptione. quia non nulli sunt falsi. nō nulli adinuicem sibi cōtradicti. & p̄fecto i ista materia necesse est aut q̄ articulus exponatur modo immediate p̄posito aut q̄ i ipsis articulis sit cō/ tradictio manifesta. quod sic probō. Est enim articulus. cccviii. qui dicit q̄ si intelli/ gatur q̄ substantia angeli non est ei ratio essendi in loco. uerūm est dicere q̄ nusq̄ ē secundum substantiam. Et testatur Henricus in quolibetō secundo. q. ix. q̄ omnes magistri theologie congregati in hoc unanimiter conuenerunt q̄ substantia angeli non est ratio angelū esse i loco & dicit se fuisse inter illos magistros qui hoc decerni/ narunt & subdit ipse Henricus ibidē q̄ cōsimili rōne uerā ē indubitatē q̄ si ange/ lus p̄ potētiā suā. s. p̄ intellectū & uolūtātē uirtutē suā nō applicat ad locū operando circa ipsum q̄ similiter potētiā eius intellectus. s. & uolūtās nō est ratio essendi ip/ sum in loco quia potētiā eius non est minoris abstractionis q̄ sit eius substantia er/ go sequitur q̄ uel erit concedere q̄ ratio essendi eum in loco erit aliquid habens se per modum actus secūdi in corpus transeuntis. quicquid sit illud. & est id quod ponit positio quam ego sequor uel in articulis erit manifesta contradictio. Vnde et Henricus in eodem loco fatetur se non posse intelligere quomodo substantia separa

Argumenta cōtra istam opi/ nionem

Primum
Secundum
Tertium
Quartum

Solutio pri/ mi multiplex & declaratio articuli par/ ten.

Secunda
Godfredus d' fontibus
Nota

Henricus

Tertia
Egidius
Nota

ta fit in loco nisi agat aliquid aut patiatur a loco uel a te existente in loco Egidius autem & multi alii dicunt qd de illis articulis nihil est curandum quia fuerunt facti non conuocatis omnibus doctoribus Parisiensibus. sed ad requisitionem quorundam capitulorum. Et quicquid fit de hoc hec duo uolo dicere. Primo qd non minus facit pro positione nostra articulus. cccvii. qm faciat contra eum articulus. ccciii. Secundo qd certum est & ipsi etiam Parisenses hoc fatentur qd illi articuli non obligant oēs si deles nec tenemur illis credere nisi in quantum scripture sacre inniuntur. aut determinationibus uniuersalis ecclesie. Unde solent dicere anglici qd illi articuli non traſeunt mare quare & nos si in re tam graui licet iocari. possumus dicere qd non tranſeunt alpes. Quare & si conclusio mea esset contra articulum meminerint qui me dā nabāt qd oīo in me dānando errabāt quia dicebant qd conclusio mea erat cōtra sim bolum apostolicum. cum debuissent dicere qd erat cōtra symbolum Parisinum. qm & hoc est falsum ut prius ostendimus. Videret autem mala uerus intellectus illoꝝ articuloꝝ hic esse qd in articulo. ccciii. si in eo fit sermo de operatione cōter accepta modo predicto hoc intendatur qd etiaꝝ seclusa quacūq; operatiōe adhuc finitas uel limitatio nature separte erit ei ratio non essendi ubiq; aut ratio qd si fit in uno loco non est simul in alio totali. & in utroque per naturam. In articulo autem. cccviii. credo qd intendatur qd substantia uel finitas substantie non ē ratio angelo essendi simpliciter i loco. isto mō exponēdo i articulis nulla ē cōtradictio & articuli sic intel lecti nō solū sūt cōtra positionē meā sed ipsi totaliter ex utraq; pte cōfirmāt ut patet ex declaratiōe positionis supra posita. Ad secundū dicitur a multis cōcedēdo qd ē possibile esse sbām incorporā sine operatiōe trāseūte ad extra. hoc autē posito in argumēto uidetur adduci qd unū sequatur ex tribus incōuenientibus. Primū est qd cū sit pars uniuersū incōueniens est qd nō sit in uniuerso. Ad qd illi dicerēt qd arguēs equiuocat de pte. Si enim p pte uniuersū intelligit id quod habet sūū determinatū in uniuerso. sic dicit qd angelus nec cū operatur nec cū nō opatur pōt dici esse pars uniuersū. Si autē intelligit esse pte entū. i. unū ex entibus & naturis uniuersū. sic cō/

Declaratio ar
ticuloꝝ

Solutio secū
di argumēti se
cūdu multos
Solutio triū
incōueniētiū
pēius in argu
mēto tactoꝝ

Primi
Pars duplici
ter capitur
Secundi
Esse ubiq; du
pliciter capit
Henricus
Duplex limi
tatio

uolent qd tūc est una ps uniuersū sūmo una ex nobilitatibus. Sed ex hoc non uidetur cōcludi qd habeat situm uel definitionē ad locū. Secundū incōueniēs est qd nō pōt dici qd sit ubiq; quia hoc ē proprium dei. ad hoc dicitur qd esse ubiq; eo modo quo deus dicitur a theologis esse ubiq; p essentiā. i. p positiam & posentiam d ei propri um est & nulli nature create pōt cōpetere. Esse autē ubiq;. i. hic uel ibi p indifferētiā aut ubiq; p idistatū. i. uere cōt secūdu sbām idistatē a quocūq; loco. unū repugnet creature audiatū Henricū quolibeto. vii. q. ix. sic dicit. In creatura pōt intelligi du plex limitatio. Vna i natura & essentia qua finita ē & certis terminis cōtenta & sic solus deus illimitatus & infinitus in natura. Alia pōt intelligi limitatio nature que est limitatio ad situm qua ita finita est & certis limitibus contenta ut necesse sit eā esse alicubi non nūq; nec ubique. sed ita hic qd non ibi uel qd etiam si non determi nate hic uel ibi tamen sub determinatione uel hic uel ibi uel alicubi & pertinet ista limitatio ad predicamētū ubi qd oīs creatura differat a deo p primā limitationē suā

clare uideo. Quō autē necesse sit omnem creaturā disferre & distare ab eo p̄ secun-
dā limitationē quia. Siple est ubique. Omnis autē creatura necessario ē alicubi. sed
nō ubique. Dico q̄ penitus ignoro. hæc Henricus ad litterā ex q̄bus uerbis satis cla-
re habemus nō posse intelligere Henricū quō illud sit inconueniens quod illi addu-
cunt pro inconuenienti. Tertū inconueniēs ē q̄ nisi cōcedatur q̄ sit alicubi sit con-
cedēdū q̄ nusq̄ sit. Ad quod audiatis beati Thomā in primo s̄nariū di. xxxvii. sic
respondentē dicendū inq̄t q̄ hoc non reputo incōueniēs q̄ angelus sine loco possit
esse & nō i loco quando nullā operationem circa locū habet. nec est inconueniens
ut tunc nusq̄ uel in nullo loco esse dicatur. Sed tamē hoc nō est imaginabile quia
imaginatio cōtinuum nō transcendit hæc Thomas ad litterā. Ad tertū dico q̄ argu-
mentatio illa procedit ex nō pleno intellectu nostre p̄nsis. Nō enim positio per ope-
rationem per quam dicit locari rem incorpoream intelligit solum operatiōem que
est exterior motio localis uel alteratio realis ut aliquasiter etiā tetigimus in respon-
sione ad primū in expositione articuli Parisien. Sed capit operatiōem large pro om-
ni motu uel influxu uel habitudine significata p̄ modū operatiōis transeuntis i cor-
pus & exeuntis ab angelo uel cōtra. & q̄ ille sit intellectus positionis patet ex uer-
bis Thomæ in primo sententiārum di. xxxvii. q. i. articulo primo. ubi uidetur sequi
istam opiniōem qui sic dicit. Relinquitur igitur q̄ angelus nō potest diffiniri & de-
terminari ad locū nisi per actionem uel operatiōem. Dico autem operatiōem cō-
muniter secundū q̄ angelus se habet ad corpus cōtinent in loco per modum pre-
sidentis aut ministrantis. aut aliquo modo agentis aut patientis. Hæc Thomas ad
uerbum. Ex quibus uerbis patet responsio ad argumentum quia licet angeli nō ha-
beant operatiōem erga celum empireum que sit motio localis uel realis alteratio
habent tamen aliquid se habens per modū operatiōis transeuntis quale est p̄sē-
tia uel aliqd̄ simile. Ad q̄rtū. Cui adeo innitebat ille magister generalis. & si qd̄
sit dicendum satis patere posset ex uerbis Henrici supra allegatis in solutione secū-
di. tamen audiamus & quid sanctus Thomas dicat de illa ratione. Dicunt quidā
q̄ angelus non est in loco circūscriptiue sed definitiue quia determinatur ad locum
aliquem sic quod est in hoc loco ita q̄ non est in alio cum essentia eius finita ē. Eo
enim q̄ creata est dicit q̄ oportet intelligere q̄ sit determinata ad locum aliquem.
Sed ista est ualde rudis p̄bō. q̄ procedit ex equiuocatiōe finis. Cū enim dicitur esse
tia angeli finita accipitur finis p̄ sine essentia & uirtutis secū dū quod definitio ter-
minis dicitur & nō pro sine dimēnsionis. Locus autē dicitur finitus secū dū tres quā-
titatis dimēnsiones. Finis autem secū dū utrāq̄ accēptionē nullā cōmēsuratiōem
seu proportiōem habet. Vnde nō oportet ut quod finitū ē i essentia ad terminos lo-
ci finiatur. hæc Thomas ad litterā. Ex quibus sequitur q̄ si nō mentitur Thomas
rudis est ille magister qui rudē probatiōem suā uocabat demonstratiōem. Ad aliam
rationem de p̄ncipio dico q̄ adhuc ē rudior prima ratiōe. P̄ncipius enim est res de ge-
nere quāsitans habēs sitū de sua natura. res at̄ incorporea oīo abstrahit a situ & p̄-
fecto magna ē ruditas imaginari. Similit̄ eē de idiuisibilitate rei incorporee & d̄ idu-

Tertū
S. Thomas

Operatiōem
duplicit̄ capi

S. Thomas

Henricus
S. Thomas

Finem dupli-
citer capi

Arguitur contra op ponētes
Punctus
Unitas

utilitate pūcti quod ut etiam fiat datus isti magistro. Dicat mihi ipse qualesi
esset unitas separata utrū haberet determinatum suum. Certe patet q̄ nō quādoq̄
de p̄ hoc distinguitur unitas a pūcto q̄ pūctus ē pōsitiō ē habēs. unitas autē nō
sed manifestū ē q̄ angelus & q̄libet s̄bā incorporea adhuc ē abstractior q̄ sit quocū
q̄ q̄sitas siue cōmūā siue dīcreta. Methaphisica enī ut patet secūdu oēs est de
diuinitus uerbo sacramentali. nec intromittamus nos utrum ad hoc sufficeret uerbum istud cum predicta uirtute hoc est corpus meum. uel aliquid aliud requirere tur. Et primo pro parte affirmatiua arguitur q̄ hoc sit tenēdū quia uidetur Dauid. hoc tenere de facto. hoc. i. sacramentum esse per assumptionem. Sic enim dicit & nūc interrogatus qualiter panis corpus christi sit & uinum & aqua sanguis christi. Dico tibi & ego spiritus sanctus superueniet & hoc facit quod est super rationem & intellectum. Panis autem & uinum assumuntur & iura ibidem. & quemadmodum in baptisate quia consuetudo hominibus aqua lauari & oleo ungi iugauit deus aquam & gratiam spiritus sancti & fecit idem lauacrum regenerationis. ita quia consuetudo hominibus panem & uinum comedere & bibere iugauit eis deus deitatem & facit ea corpus & sanguinem eius. & infra eodem. c. loquens de hoc altaris sacramento carbonem uidit Elias carbo autem lignū simplex non est sed unum igni. Ita & panis cōmunionis non panis simplex est. sed unicus deitas. Dionysius autem de ecclesiastica hierarchia tertio. c. uocat istud sacramētum assumptionem. Quod ergo isti doc. dicere uidentur de sic esse multo magis potest teneri de possibili. Secundo arguitur quia cum secundum Augustinum ad Volusianū in rebus mirabilibus tota ratio facti sit potentia facientis sic arare hoc mirabile sacramētum ad determinatum de sensibus modum qui ex canone scripture aut ecclesie de terminatione non habeatur expressus est diuinam potentiam arare ad intellectus nostri capacitatem. quod est periculosum. & cōtra Augustinū ibidem dicentē hoc. Si ratio queritur non erit mirabile si exemplū ponitur non erit singulare. Demus deū aliquid posse q̄ nos faciamur sue fugare nō posse. Tertio arguitur. quia illud cuius oppositum etiam deesse non habetur euidenter ex dictis sanctorū multo magis potest teneri de possibili. Sed oppositum huius q̄ de facto remaneat panetas in altari substantiata a supposito diuino nō habetur euidenter ex dictis sancto rum ergo &c. Probatur quia illud Gregorū in omelia pascale dicentis. species & similitudo illarum uocabula sunt rerum que ante fuerunt. i. panis & uini. hoc quod ante fuerunt exponunt tenentes opinionem q̄ ante fuerunt sola. nunc autē nō sunt sola quia ibi laet corpus christi. Item illud Ambrosii q̄ uirtus dei qua creaturas ex nihilo creat. hic creaturas mutat & alie que dicunt panem & uinum non remane re post consecrationem sed conuerti. sic exponitur q̄ panis non remanet qui panis fuit. licet eadem sit panetas & hoc propter aliud suppositum. Hec autē dictio panis dicit suppositum in natura panetatis & hoc non remanet. Multū autē interest dicere q̄ remaneat panetas in diuino supposito hypostatizata. & q̄ remaneat panetas in proprio supposito quia hoc secundo modo nō fieret cōmunicatio ydionatum que sit primo modo. Has autem auctoritates omnino ego credo eē cōtra sic ponentes de facto & de sic esse & non de possibili tātum. Quarto sic arguitur. Ista opinio approbatur de sic esse in confessione Berengariū approbata per Papam Nicolaum Rome coram. ccciii. episcopis ergo multo magis potest teneri de possibili antecedens sic deducitur. Quia Berengarius constitetur post consecrationem non solū

Primū argu-
mētū pro pte
affirmatiua.
Dauid.

Dionysius

Secūdū argu-
mētum.

Tertiū argu-
mentum

Gregorius

Ambrosius

Argumētum
quārtum
Berengarius

sacramentū sed etiā uerum corpus & sanguinē domini nostri ihesu christi esse i altari & sensualiter nō solū alias sacramentaliter sed i ueritate manibus sacerdotū tractari frangi & fidelū dentibus atteri. Quae uerba uidentur nō posse plane accipi i sensu clario & expedito qualis debet esse uerborū cōfessionis sic solēniter approbate nisi per substantiationē paneitatis in supposito dei cū corpore xpi modo predicto. Ita q̄ sit idem corpus xpi hominis & panis & ita sit integrū inquantū corpus hominis & atteratur inquantū panis sicut christus in cruce moriebatur & usebatur. sed hoc ut homo & illud inquantū deus & q̄ quidā ita acceptent uerba predictae confessionis patet per magistrum sententiarū. iiii. libro. di. vii. Cuius uerba sunt haec. Alii tradunt corpus xpi essentialiter frangi & diuidi & tamē integrū & incorruptibile existere quod se colligere asserūt ex cōfessione Berengariū qui cōfessus ē eorū Nicolao Papa & pluribus episcopis panē & uinū quae in altari ponūtur post consecrationem. nō solū sacramentum sed etiā uerum corpus & sanguinē christi esse & sensualiter nō solū i sacramento sed etiā in ueritate manibus sacerdotū tractari et frangi. & fidelū dentibus atteri. ecce q̄ confessio Berengariū attentata & examinata per ecclesiam cōtinet corpus christi nō in sacramento tantum sed in ueritate dentibus si delium atteri. quod plane acceptum ueritatem haberet per cōmunicationē ydiomatū. quia atteritur dentibus secundum paneitatem & integrum manet secundū humanitatem. Quod si aliquis uelit exponere doctam cōfessionē dicens q̄ in ueritate & non in sacramento tantum refertur ad immediatum uerbum tantum. i. manibus sacerdotum tractari. & sequentia uerba ad species sicut ad exterioris sacramentum. sub quo fracto & atrito corpus christi integrum sumitur. Videtur q̄ non accipiantur uerba confessionis plane ut in iacent. & ut de plano sonant cum tamen uerba confessionis sic examine debeant accipi absq̄ expositione uiolenta. & extor sione secundum sensum quem in aperto faciunt. Sed contra arguitur ad oppositū quia ista opinio de temeraria substantie panis in altari est damnata ab ecclesia ergo uitanda ut heretica. Respondetur secundum sic opinantes ad hoc primo q̄ damnata est de sic esse nō de possibili. Secundo q̄ opinio damnata differt ab ista quae ponit paneitatem temerare hipostatizata a uerbo homine. Illa enim ponit post consecrationem plura supposita hominis christi & panis. haec unum suppositum in tribus naturis. sicut in diuinis est una natura in tribus suppositis. Illa ponit substantiam panis manere post consecrationem. haec uero non per modum substantie sed per modum accidentis. sicut ē de humanitate assumpta. Illa ponit panem & uinū temerare. haec uero non. sed aliū panem. licet sit eadem paneitas. Ex illa sequitur corpus christi non posse esse in altari ueraciter sub sacramento. cum panis in nullo mutetur. Ex hac uero non cum ponit panem mutari & etiam paneitatem quo ad esse. ex illa non uerificatur q̄ panis sit corpus christi cum sint duo supposita. Ex hac uero uerificatur propter unitatem suppositi quod est unum in duabus naturis ex illa sequitur q̄ quicquid est in hoc sacramento non est adorandum laetia cum

Magister sententiarum

Primum i op
positum
Prima respō
sio.
Secunda re
sponso
Differētie in
ter hanc opi
nionē & opi
nionē dam
natam.

sint duo supposita christi & panis. hec uero ponit unica adoratione adorari. quod
 est sub sacramento propter unitatem suppositi. Secundo arguitur q. nullo modo Secundū s op
 potest saluari q. per illum modum possit corpus christi esse in altari. quia cum que positum.
 ritur utrum corpus christi possit esse in altari &c. non intelligitur de corpore quod
 christus est & accipitur pro genere. sed intelligitur de corpore quod est pars & non
 predicatur de homine in recto. Tale autem corpus quod est pars non communicat
 ydionia nature consumptæ neq. supposito neq. econtra. Licet enim deus sit homo
 & econtra non tamen deus est caput christi & cetera. & licet christus homo sit ubi
 q. ratione suppositi non tamen caput christi hominis est ubiq. quia partes nature
 assumptæ non communicant ydionata supposito. nec de eo predicantur uel econ/
 tra. Quamuis ergo panicitas assumatur a uerbo una cum corporeitate non tamen
 dicitur q. corpus christi est panis uel q. corpus christi sit in altari si panis est in altari.
 licet dici posset & uerificari q. panis sit corpus quod christus est secundum quod
 accipitur ut genus. Quod autem aliter non accipitur in questione & in sacramen/
 to apparet. tum quia corpus genus quod dicitur in recto de christo non dicitur cor/
 pus christi sicut animal uel homo quod christus est. non dicitur homo uel animal
 christi. tum quia forma uerborum in qua institutum est hoc sacramentum est hec.
 Hoc est corpus meum. Constat autem q. ueritas illius uerbi non saluatur de cor/
 pore quod est genus. Animal enim quod de me in recto predicatur. nō est animal
 meum. sed animal quod ego sum. Tum quia si in triduo mortis christi fuisset con/
 secratum fuisset in altari non corpus genus sed corpus pars tantum. Corpus enim
 est corpus animatum. quod tunc non erat. igitur corpus christi ut hic queritur &
 de quo agitur in sacramento est corpus pars tantum quod non predicatur de pane
 uel deo uel homine. Nec enim communicat ydionata ceterarum naturarum. Nō
 ergo esset uerum dicere q. corpus christi esset in altari modo predicto ratione panis
 uel suppositi. Preterea dato q. ratione dicte substantiationis in uno supposito pa/
 nis esset corpus non tamen ubi panis in altari ubi corpus christi sed panis in altari
 erit corpus christi in celo sicut in triduo anima & corpus erant substantiata in sup/
 posito nec tamen propter hoc anima erat in sepulchro cum corpore nec corpus in i/
 ferno cum anima. Preterea si esset substantiatio ista ipsa terminaretur ad illud ad
 quod dicimus cōuerſionem panis terminari hoc autem est corpus christi. ad quod
 terminari non potest substantiatio nature aliene. hoc enim soli supposito in crea/
 to est proprium secundum communem uiam. ergo non potest fieri substantiatio
 panicitatis in supposito alterius nature in hoc sacramento. Item sic arguitur quia
 secundum predictum modum substantiationis panicitatis in uerbo una cum cor/
 pore christi dualium assumpto non incipiet corpus esse in altari. sed aliquid de nouo
 incipiet esse corpus christi. Si autem non incipit cum prius non fuerit sequitur
 q. non erit in altari. Item arguitur q. licet posset suppositum uerbi assumere panici/
 tatem quam assumendo crearet sicut de humanitate christi tenemus. tamen non Sextam.

- potest assumere panicitatem existentem in proprio supposito quia hoc esset panici-
 tatem corrumpere non assumere. Preterea uidetur q̄ non possit conferri uirtus uer-
 bo respectu unionis panicitatis ad uerbum quia rationis difficultatis est assumptio
 panicitatis in supposito uerbi q̄ creatio eo q̄ magis distat esse diuinum a natura pa-
 nicitatis cui dicitur cōmunicari in assumptione q̄ ens a nō ente & tamē nō potest
 cōmunicari creature uirtus ad cōtationem operando uel cooperando. ergo nec ad
 assumptionem. Confirmatur auctoritate sancti Thome in. iij. qui dicit q̄ ad unio-
 nem creatura cooperari non potest. Preterea illo dato post sumpcionem sacramen-
 ti sacerdos non esset icianus & non esset ibi cibus spiritalis tantum. sed etiam cor-
 poralis. quod est contra dignitatem sacramēti. Itē christus aliquid dimitteret post
 q̄ assumpsisset in unitate suppositi quia assumeret panicitatē quam dimitteret pa-
 ne conuerso in membra. Ad ista autem sic forte diceretur primo. saluando hoc
 dictum q̄ sine conuersione panis in corpus christi potest fieri ut in altari sit corpus
 christi modo predicto per subsistentiationem panicitatis in uerbo una cum huma-
 nitate dudum assumpta de corpore ut est genus non ut ē pars & ita de corpore qd̄
 est christus & sumitur a corporeitate quæ est natura & est predicabilis in recto. Et
 cum arguitur quod de corpore ut genus non diceretur corpus christi dicitur q̄ im-
 mo. sicut etiam dicitur creatura salis. i. quæ est sal. & uerbum dei. i. quod est deus.
 sicut cum dicitur uerbo domini. i. uerbo quod est deus celi firmari sunt. & dicimus
 substantiam materie per totam trasmutationem naturalem. i. substantiā
 quæ materia est. sicut etiam dicitur ab aduersariis quæ substantia panis conuertit-
 tur in corpus christi unice substantia quæ est panis non quæ est pars panis. Sic
 etiam Damascenus libro tertio. xvij. c. accipit carnem christi. i. carnē quæ christus
 ē pro genere dicens q̄ caro domini deificata esse dicitur & deo consubstantialis. Et
 cum arguitur q̄ non esset conueniens forma uerborum. hoc ē corpus meum ē cor-
 pus pars mei dicitur q̄ forte non fietet per talem formam uerborum & forte date-
 tur uirtus diuinitus sacramentalis uerbo cuiusque. & forte etiam omnem uirtutē
 quam date posset deus. Cuiusque uerbo posset deus dere isti uerbo. hoc ē corpus
 meum uel etiam non significatio de absoluta potentia quia uirtus dei nō ē ascrip-
 ta significationi uerborum. Et cum arguitur q̄ dato q̄ panis sit corpus & conuer-
 so non tamen sequitur q̄ ubi panis ibi corpus i altari dicitur q̄ immo sequitur. q̄a
 quicquid dicitur de predicato dicitur & de subiecto. sicut enim quia deus ē homo
 & deus ē ubique sequitur q̄ homo xp̄us sit ubique sicut deus. & q̄ deus includitur
 in cunabulis & ē filius uirginis. & fugit ubera sicut homo xp̄us. sic sequitur si xp̄us
 homo ē panis & conuerso. q̄ si panis ē in altari ergo & xp̄us homo non solum ea
 ratione qua ē ubique in quantum deus. Sed quia panis in altari ē. Communicant
 enim nature assumpte ydiomata ex pte subiecti p̄cipue q̄a i subiecto tenetur p̄ sup-
 posito. Dicitur autē ex parte subiecti q̄a ex parte predicati forte nō cōmunicat tibi
 ydiomata necessario. quia ibi tenetur p̄ natura. Unde forte nō oportet q̄ xp̄us sit

Septimo.

Confirmatio
 Octauum.
 Nonum.

Responso
 Ad secundum
 i oppositum

Damascenus

Responso ad
 tertiu i oppo-
 situm

homo ubiq; eō sit deus ubiq; licet ex parte subiecti homo xp̄s sit ubiq; nec ualet quod adducitur de anima & corpore in triduo quia nō sic uniebūtur supposito qđ de supposito predicatētur uel de se inuicem cum unirentur ut partes unius nature. & ideo non oportet ea inter se cōicere ydiomata sicut ille nature quæ de se inuicē dicuntur. Certū ē autem qđ h̄ non sequitur necessario sequitur saltem de possibili.

Quod autem dicitur qđ h̄ ē panicitas substantificatio oportet eam terminari ad id ad quod dicimus conuersionem terminari. . . ad corpus respondetur qđ hoc nullam habet necessitatem. Sed dicere possumus substantiationem fieri i supposito simpli citer. quīs ponentes conuersionem dicant eam terminari ad corpus partem. Possit etiam forte dici ut infra dicitur qđ substantificatio terminari potest ad corpus nō ut humanū. sed ut unum. quia si suppositum diuinum habet aliam naturam i se substantiare in quantum eam trahit ad suum esse cuiusq; cōmunicat suum esse in finitum eidem cōmunicare posset in illo esse substantiare aliam naturam sibi unī. & de hoc infra. Cum uero opponitur qđ secundum modum istum nō inciperet corpus xp̄i esse in altari. sed aliquid inciperet esse corpus xp̄i uel corpus xp̄s. diceretur qđ sicut si xp̄o dudum homini adueniat panicitas incipiet xp̄s homo esse panis sic i cipit per accidens nouo modo esse in altari qđ pani cōuenit secundum se. incipiet. i. xp̄s homo esse in altari uisibiliter. & ut cibus fidelium ratione panicitatis assumpsit sicut xp̄s deus incepit esse in gremio uel utero matris nouo modo ratione humanitatis assumptæ. Ad id quod dicitur de assumptione & panicitatis preexistentis in supposito proprio. Respondetur qđ deus potest assumere omnem naturam assumptibilem preexistente in proprio supposito & eam in assumptione priuare ratione suppositi & trahere ad proprium esse. Constat enim qđ uerbum naturam humanam posset dimittere quæ statim haberet propriam substantiam & rationem suppositi & per se haberet hoc non habeat unita uerbo & esset quo ad essentiam eadem humanitas quæ prius erat unita. Possit ergo modo simili humanitatem prius existentem i proprio supposito assumere modo iam dicto & esset eadem natura nunc assumpta & prius non assumpta. Cum autem arguitur qđ ad hoc non potest dari uirtus uerbo forte potest & forte non potest. & h̄ non potest dari uirtus inherens quia talis uirtus esset creata forte potest dari uirtus assilēs quia talis esset increata & nō creata & hoc modo esset sacramentaliter uirtute uerbi assumptio panicitatis. quemodo ēt

ponunt magna uiri uirtutem conferri sacramentis noue legis & forte si potest cōferri uirtus inherens uerbo sacramentali ad conueniendum totum in totum & precipue in preexistens sine eius augmento potest etiam conferri ad effectum predictū. quia forte alicui uidebitur qđ hoc sit tante difficultatis sicut illud. Ad id quod dicitur de solutione ieiunij. responderet quis illud de non soluendo ieiunij nature se qui ad modum qui cōmuniter ponitur. i. qđ substantia panis non remaneat qđ si ponamus substantiam remanere aliud dicerem uel forte diceretur qđ non propter hoc dicitur sacerdos post assumptionem ieiunus quia ibi non est substantia panis qđ auctumcūq; non sit substantia panis si iudeus uel christianus sumeret species sacramē

Prima respō
sio ad quartum.

Secunda .

Respōsio ad
quintum

Respōsio ad
sextum.

Respōsio ad
septimum.

Prima respō
sio ad octauū

Secunda .

tales per modum cibi corporalis. & intentione cibandi solueret ieiunium. Sed ideo quia facientes non sumit per modum cibi corporalis, sed per modum sacramenti. ideo non soluitur ieiunium & consumibile esset quia si substantia panis remaneret ad huc non solueret ieiunium nature. dummodo non sumeretur per modum cibi cor-

Prima respō/
sio ad nonū.

poralis. Id autem quod dicitur q̄ christus non dimittit quod assumpsit semel dicitur presupponendo q̄ teneatur solam naturam humanam assumpsisse. sicut de facto ipsam solam assumpsit. posset tamen aliam naturam assumere & eam dimittere.

Secunda.
Alia questio

Potest etiam dici q̄ si paneitas assumeretur a uerbo nunq̄ dimitteretur a uerbo per se & ex parte sui. sed per accidens ex conditiōe nature assumpte cum suis naturalibus defectibus eam dimitteret propter nature assumpte corruptionem sicut dimittit

Argumentū p
pte affirmati/
ua.

fit humanitatem in triduo. Sed rursus disputando inquiramus an possit saluari corpus quod est pars esse in altari ueraciter absq̄ conuersione panis in ipsum. & uideatur q̄ sic quia sicut color subsistentatur in substantia ut in subiecto mediante alio

accidente uerbi gratia superficie non quidem q̄ superficies sit subiectum coloris. quia unum accidens alterius nō est subiectum eo q̄ ut dicitur a philosopho qualitatis nō est qualitas. sed ideo quia color non inest subiecto nisi in ordine ad superficiem sic

paneitas potest subsistentari in uerbo mediante corpore non quidem q̄ corpus sit intermediū subsistentium & subsistentiatium paneitatis assumpte & uerbu primum. Sed quia nō subsistentiat paneitas (supposito uerbi nisi in ordine ad corpus christi partem. Hunc enim ordinem potest deus ponere inter naturas assum-

ptibiles. licet in natura sua non habeant illum ordinem sicut auferre potest ab aliis quibus naturalem ordinem quem habent inter se. ut inter calorem & actum cale-

faciendi in fornace caldeorum & in aliis multis. Sicut ergo color quia sibi inest in ordine ad superficiem dicitur de superficie in concreto per modum qualis accidentalis dicēdo superficies ē colorata sic paneitas quæ est substantia dicitur de corpore xpi in

concreto sumpta per modū qualis substantialis siue per modū quid dicēdo filius dei ē panis & econuerso. sicut & humanitas de supposito dicitur in quid dicēdo si

lius dei est homo & econuerso sicut ergo quia deus hō ē & econuerso. inde cōcant sibi ydiomata ubi deus ibi homo. & similiter de superficie & albo sic de pane & corpore. Nam si panis est in altari corpus xpi est in altari. forte aliter dicendum q̄ nature assumpte habent modum accidentis ut dicebant antiqui theologi in quantum

Antiqui theo/
logi.

adueniunt supposito subsistenti in actu & non constituunt suppositum sed magis constituuntur in esse per ipsum. Sicut ergo in accidentibus inuenitur unum esse sub-

iectum alterius licet non ultimatum sicut dicimus potentiam anime esse subiectū uirtutum & habituum in quantum est subsistentata per animam & similiter superficies respectu coloris aliquo modo subiectum dicitur. sic licet una natura assumpta

non possit per se & primo subsistentare aliam naturam. tamen in quantum est uerbo unita & in ipso subsistentata potest aliam subsistentare in se & hinc modū qualis subiecti respectu illius & illa qualis modū accidentis respectu illius quo ad hoc solū q̄ una in alia subsistentetur ut ipsa ē uerbo unita & ab eo subsistentata. Si enim suppositum

non substantiat naturam assumptam nisi ratione sui esse infiniti, ad quod trahit na-
 turam sibi unitam & associatam cuiuscumque nature communicat suum esse infinitum ei-
 dem communicat posse aliam naturam sibi unitam substantiare. Sic etiam substantia
 in quantum trahit unum accidens ad suum esse, eo quod accidens non est ens nisi quia est
 entis in tantum dat ei ut possit aliud accidens sibi adueniens ut actus aduenit po-
 tentie substantiare in se ipso & in suo esse. Corpus ergo pro parte acceptum ut unum
 & substantiatum a verbo in suo esse quod est esse uerbi sibi coicatum potest natu-
 ram panis assumptibilem & modum accidentis habentem substantiare in se ipso.
 Hoc enim supponitur quod sicut deus dat accidentibus modum substantie, sic panitati
 potest dare modum accidentis substantiando ipsam in alio quod ad eam se habeat
 quasi subiectum, nec differt quo ad hoc utrum sit perfectum in specie uel non, quia
 quandoque subiectum accidentis est imperfectum in specie, sicut caput uel manus.
 Sicut etiam deus producit aliquas creaturas immediate, & aliquas mediantibus
 aliis, & sicut in se ipso terminat ut sine aliquas creaturas per alias, sic etiam potest
 uerbum in se ipso terminare ut in supposito substantiante aliquam creaturam medi-
 ante alia, & sicut creature per quas deus producit dicuntur producentes & creatu-
 re per quas in se terminat ut in fine dicuntur fines siue subfines, sic creatura per quam
 uerbum in se aliam substantiat dicitur substantiare, ratione ergo talis substan-
 tificationis in corpore christi ut in quali subiecto & immediato substantiamento di-
 cetur in concreto panis est corpus & conuerso, sicut filius dei est homo & econ-
 uerso, & communicabunt sibi ydionata modo predicto sicut superficies & colora-
 tum. Supponit enim panis pro substantiante panitatem sicut album pro substan-
 tante albedinem. Sicut enim dicit philosophus primo thopicorum quod album est cor-
 pus talem coloris sic habet, dicit Damascenus, li. ii. c. xi, deus est qui habet diuinam naturam,
 & homo qui habet humanam naturam & sic de ceteris & sicut non differt ad hoc quod ali-
 quid sit album quod ipsum in quo substantiatur albedo sit perfectum in specie uel non, sic
 non differt ad hoc quod aliquid dicatur panis quod ipsum quod est panitas quasi subiectum
 in quo, scilicet immediate substantiatur panitas sit perfectum in specie uel imperfectum
 siue natura uel pars nature. Contra quia natura assumpta uel pars nature assum-
 pte non habet rationem suppositi, nec habet esse subsistentie in se, quia licet communi-
 cetur ei esse uerbi tamen ut eius est non est esse subsistentie, sed existentie in alio.
 Non ergo natura assumpta ut unita est potest substantiare aliam naturam in se, nec
 trahere eam ad suppositum cum non habeat ipsa rationem suppositi. Sed si hoc co-
 cludit nihilquid etiam concludet quod superficies non potest in se substantiare coloris
 cum esse quod est subsistentie respectu sibi ut communicatum accidenti sit existen-
 tie & ita non poterit esse subiectum coloris eo quod ipsa superficies sit accidens, nunquid
 dicendum quod esse uerbi ut est humanitatis assumptae in habitu ad uerbum est
 existentie, sed ut est eiusdem humanitatis in habitu ad panitatem est subsisten-
 tie, ut autem est ultimo assumptae nature est existentie simpliciter sicut de superficie
 posset dici. Sed adhuc contra predicta sic arguitur natura immediate unita supposito,

Aristoteles.
 Damascenus

Contra

Responsio.

Contra iterum.

- Responsio .** nō ergo ē possibile q̄ panēitas supposito uerbi unīa mediāte alia natura cū inī natu
rā & suppositū nō possit cadere mediū. Sed forte natura pprio supposito imēdiate
unitur. sed de supposito extraneo respectu cuius habet modū aliquē accidētis non
oportet. sed una potest unīa supposito mediāte altera modo predicto. Contra si te
Contra . oportet. sed una potest unīa supposito mediāte altera modo predicto. Contra si te
oportet. sed una potest unīa supposito mediāte altera modo predicto. Contra si te
Responsio . si subiectū panēitatis & adhuc diceret̄ panis qd̄ ē absuētū. Hoc nō erit si dicamus
Hilarius. q̄ sicut dicit Hilarius suppositiō separate a s̄bā pōt cōferri eē & modus essendi s̄bē ta
none cuius subiectū erat accidētibus. sed nō sic humanitati separate cōferri pōt eē
suppositi uerbi infinitū rōne cuius poterat subsistere natura s̄bālem aliā. Er tu no
ra q̄ in his oibus inquisitionibus semp fuit presuppositū q̄ suppositare aliā natu
Contra . ram sit proprium esse infiniti. Sed adhuc contra arguitur sic. Verbū assumpsit car
nem mediante anima. nec tamen propter hoc anima dicitur de carne uel econtra
rio. ergo dato q̄ uerbū assumpsisset panēitatem mediante corpore non propter hoc
Responsio . unum dicitur de alio. Sed forte non est simile. quia uerbū dicitur assumpsisse car
nem mediante anima tanq̄ anima existente media quo ad esse nature. Item medi
ante anima quo ad fieri assumptionis sed non assumpsit carnem mediante anima
quāsi anima primo subsistēta. & anima deinde subsistentē carnem sicut dicitur de
humanitate & panēitate. sed idēo quia non assumpsit carnem nisi in ordine ad na
turam humanam cuius est pars per animā sibi unitam. Rursus pro parte falsa ar
guitur q̄ convenientius sit ponere etiā de facto corpus xp̄i esse in altari per hypo
thetizationem panēitatis in supposito xp̄i dei q̄ per conuersionem. Quia si aliud re
putatur inconueniens ē quia ē contra dēterminata ab ecclesia sed probatur q̄ hoc
Primo . non est. Nam si in aliquo uideretur ista pōsitiō esse contra dēterminata ab ecclesia
hoc maxime uideretur si duobus q̄ uidelicet panis remaneat & q̄ accidētia nō sint
ibi sine subiecto sed neutrū dicit ista pōsitiō. Concedit enim q̄ panis non remanet
quia suppositum panis non remanet. & potest etiā dicere q̄ accidentia sunt ibi sine
subiecto. Accidens enim dependet a s̄bā quantum ad essentiam tantum saltem
secundum cōmunem uiam non secundum essentiam. Quare licet remaneat essen
tia panis cum tamen desinat ibi esse subsistentia panis per quam subsistebant acci
dētia. relinquuntur q̄ accidentia per se subsistēt nisi ponamus ea migrare de subie
cto in subiectum. Secundo arguitur quia hoc pōsitiō sit conuenientior quia plures
difficultates tolluntur per hanc pōsitiōē. Solū cui difficultas de unione ē hac. pau
ciora sūt sunt pōnda in articulis fidei nisi fides cogat & assumptio ē specialis arti
culus ergo non oportet multiplicare miracula & credibilia supra rationē nostram
sine euidenti & cogente necessitate. Tertio quia per istum modū melius saluatur
Tertio . apparentia quia apparet in hoc sacramento esse panis & uinum quod saluat assū
ptio & nō cōuersio. uidemus enī aliquē nutriri ex hostiis sicut ex uero pane & pu
trescēri hostias. & eis deniq̄ omnia accidere quæ accidunt substance panis. Qua
re si ista omnia possunt saluari cum hoc non ueraciter corpus christi sit in altari &

quod ille panis qui ut dicit Berengarius fidelium dēibus atteratur sit uerum cor-
pus christi melius est isti modo adherere q̄ modo de conuersione per quem ista nō
saluantur sine multiplicatiōe miraculorum . Quarto quia dicit Paulus primo cor.
.x. Panis quem frangimus nonne participatio corporis domini est . Quinto quia
ibi est christus sacramentaliter ubi est uirtute sacramenti directe . sed directius sit
christus in altari per assumptionem q̄ per conuersionem quia forma huius sacra-
menti que efficit significando directius efficit illud quod magis proprie significat
& hoc est unio per assumptionem qua communicantur ydionata ita ut hoc sit il-
lud quod sonant uerba formalia hoc est corpus meum . non autem unio conuertiō
nis quia p̄ illā panis non est christus nec econuersio . sed panis sit christus uel. cōuer-
titur in christum . Sexto quia ille modus de conuersione est intricatus & multas ha-
bet difficultates . hic autem est clarus & expeditus . Assumptionem enim credimus
tam per alium articulum . quocumq; autem sunt idem supposito limitata ubi cumq;
est unum ibi est reliquum . sicut ubiq; est musica fortis ibi est eius albedo . Dico
autem limitata quia si unū eēt limitatum & aliud illimitatum ubi esset limitatum
ibi esset illimitatum non tamen econuersio . Sed pane assumpto corpus christi hu-
manum & corpus panis esset unum supposito & utrūq; esset limitatum . ergo cum
in altari esset panis assumptus ibi esset per consequens corpus christi . Item medi-
um est propinquius q̄ extremum . Sed si christus assumeret panem uel paneitatē
hoc faceret mediante sua corporeitate quia indignius assumptibile est mediāte di-
gniori secundum congruitatem assumptionis . igitur cum suppositum christi assu-
mens esset in altari cum pane assumpto multo magis ibi esset corpus christi quod
esset medium assumptionis . Vltimo uidetur q̄ nihilominus possunt saluari aucto-
ritates sanctorum de conuersione tenendo assumptionem cum enim esse differat
ab essentia unum potest assumi alio non assumpto . unde non sic est uerbum inca-
ratum sicut in paneatum quia in illa assumptione preuenta fuit essentia assu-
pta anteq̄ haberet esse . Vnde nunq̄ habuit esse aliud ab esse diuino sibi communi-
cato propter quod fuit assumptio sine conuersione aliqua assumpti in assumens et
econuersio . Vnde ecclesia dicit non conuersione diuinitatis in carnem nec supple
econuersio . sed assumptione hūanitatē i deū Panis postēs habet eē et essentia & assu-
ptio ad humanitatē suppositi cōsumit ipm subsistere nō p̄ annihilationē sed p̄ assu-
ptionē essētie substantialis p̄icitur hoc misteriu . & sic oēs auctoritates de trāsubsta-
ntiōe loquētes & cōuersione possunt referri ad esse & nō ad essentia & auctori-
tates dicētes q̄ post cōsecrationem nō manet panis sed fuit . uerum est . secundum esse
quia remanet solum secundum essentia . Ex quibus uidetur q̄ ita ueraciter potest eē
sacramentaliter in altari corpus christi sine cōuersione per assumptionem paneitatis
sicut modo ponitur cōmuniter per cōuersionē immo istorum trium terminorum
assumptio . cōuersione . annihilatio . nō potest intelligi bona distinctio nisi presupponē-

Quarto .
Quinto .

Sexto .

Vltimo .

Assumptio .

habitum esse suppositibile ad nouum suppositi esse assumuntur illud anihilatur quod simpliciter definit esse. ita q̄ sua reproductio esset creatio & impertinens est omnino ad hoc siue ponatur q̄ ei aliquid succedat siue nihil succedat quia hoc a re que definit esse est omnino extrinsecum. illud uero conuertitur quod remanens secundum essentiam amissio proprio esse suppositi transit ad esse alterius suppositi et

Anihilatio.

Conuersio.

Ratio conuer/
sionis.

uere sit illud suppositum & hoc est uera ratio conuertionis in qua duo intelliguntur in conuersio quod. scilicet remaneat per essentiam & per hoc differt ab anihilato & si at aliud per rationem suppositi per quod differt a nō conuerso. & dum sit aliud rationem proprii suppositi dimittat & per hoc differt ab assumpto. Tenendo autem communem modum conuertionis nō conuertitur panis sed anihilatur. & qui uolunt saluare q̄ sit conuersio ita q̄ non anihilatio uidetur potius uerbis q̄ re satisficere. Vnde & multi de illa uia concesserunt q̄ sit anihilatio &c. Ad oppositum pro parte uera arguitur q̄ opinio ponens sacramētum eucharistie de facto confici per assumptionem panicitatis sit inconueniens & irrationabilis. Primo autem arguit sic Durandus q̄ ridiculum est q̄ omni die assumatur una natura immo multe a supposito diuino & omni die deponantur quod esset si substantia panis in hoc sacramēto de nouo assumeretur quia quot sunt consecrationes tot assumerentur & quot sunt assumptiones sacramenti tot deponerentur. Sed hoc forte ridiculositas non demonstrat falsitatem suppositi.

Ad oppositū
p̄ pte uera arguitur.

Primū argu/
mētum Du/
randi.

Responsio.
Secundū i

monstrat falsitatem suppositi. Secundo arguitur quia uidetur impossibile q̄ talis assumptio fiat mediante aliquo creato sicut ponit predicta opinio quia illud medium uel se habet in ratione efficiētis talem assumptionem uel in ratione terminatis sed nihil creatum potest se habere ad assumptionem aliquo istorum modorum ergo &c. Minor probatur q̄ enim nihil creatum possit esse causa efficiēs talis assumptionis patet quia talis assumptio fit per hoc q̄ res amittit suum proprium & naturalem modum essendi & alienum induit. quod nō uidetur posse facere nisi auctore nature qui solus naturas rerum instituit. sic solus eas mutare posse uidetur. Hoc argumentum Durandi forte ostendit q̄ illud creatum non potest esse causa efficiēs principalis per idem uidetur q̄ nihil creatum potest terminare talem assumptionem quia non potest tribui alicui nature quod est supra naturam et totum cursum nature. hoc autem est substantificare aliam naturam que nata est in se subsistere. & hoc forte erronea opinio supra posita crederet se euitare per quedam supra dicta. Non enim de facili semper falsum de sua falsitate per euidentēs rationes conuincitur. ita est debile lumen nostri intellectus utpote eius qui ultimus est in natura intellectuali. Preterea arguit sic Durandus quicquid sit de positione talis assumptionis omnino tamen inconueniens est q̄ fiat mediāte corpore parte. Nunq̄ enim corpus ut accipitur ut pars humane nature ponēdo unam formam tētam i homine. cū nō pōt nominare solā materiā. sed necessario nomen cōpositū ex materia & forma dāte esse corporeū. necesse est ut corpus humanū dicat realiter totum & non partē. licet secundum rationē possit nominare partem eo q̄ anima dat omnes

Responsio.

Tertium.

Corpus.
Vt pars.
Vt totum.

non potest tribui alicui nature quod est supra naturam et totum cursum nature. hoc autem est substantificare aliam naturam que nata est in se subsistere. & hoc forte erronea opinio supra posita crederet se euitare per quedam supra dicta. Non enim de facili semper falsum de sua falsitate per euidentēs rationes conuincitur. ita est debile lumen nostri intellectus utpote eius qui ultimus est in natura intellectuali. Preterea arguit sic Durandus quicquid sit de positione talis assumptionis omnino tamen inconueniens est q̄ fiat mediāte corpore parte. Nunq̄ enim corpus ut accipitur ut pars humane nature ponēdo unam formam tētam i homine. cū nō pōt nominare solā materiā. sed necessario nomen cōpositū ex materia & forma dāte esse corporeū. necesse est ut corpus humanū dicat realiter totum & non partē. licet secundum rationē possit nominare partem eo q̄ anima dat omnes

perfectiones quas dant forme inferiores. Et ideo si consideretur compositum ex ma-
 teria & forma quæ est anima prout dat esse corporeum tantum & compararetur ad
 idem cõpositum prout per animam habet non solum esse corporeum sed sensum et
 uitam & rationem. sic corpus primo modo sumatur ut pars. & secundo modo ut to-
 tum. sed cū hoc differētia sit solū rōnis nō ē ad ppositū eorū. cū dicāt realē assūptio-
 nem panis fieri mediante corpore parte. Differentia enī rationis nihil facit ad disse-
 rentiam realis assumptionis. Quicquid autem sit de efficacia istius rationis contra
 ponentes unam formam. Patet q̄ contra non tenentes unam formam non proce-
 dit. Item arguit sic. Deficit hec positio in hoc q̄ ponit q̄ per talem assumptionē cor-
 pus christi sumptum de uirgine sit in hoc sacramento per cõmunicationē ydionatū
 tum quia unam predicatur de altero quia qua ratione corpus christi esset in sacra-
 mento altaris per assumptionem ih̄e panis. eadem ratione sanguis esset in hoc sa-
 cramento per assumptionem substantie uini. sed hoc non est uerum ut probabitur
 ergo &c. Assumptum probatur quia si sanguis christi esset in hoc sacramento p assū-
 ptionē substantie uini sicut ponitur de corpore xpi p assumptionē substantie panis
 tunc oporteret q̄ sicut panis assumitur mediante corpore quod pertinet ad unitatē
 suppositi assumētis sic uinum assumeretur mediante sanguine pertinēte ad unita-
 tem suppositi assumētis. mō cõstat q̄ sanguis xpi nō p̄tinet ad idēparatē suppositi
 xpi. cū sanguis nō dū sit sub forma humana. sed sit humor in uia ad conuersionē ut
 fiat sub forma humana ergo ipm̄ non p̄t assumi a supposito xpi mediante sangui-
 ne nisi forte diceretur q̄ in qualibet confectione huius sacramēti esset assumptio s̄i
 guinis xpi mediante et mediante sanguine assumptio uini. & sic omni die esset assū-
 ptio noue nature. s. sanguinis absq̄ omni ordine ad naturam panis assumptā q̄
 alii negant & mediante ista esset assumptio uini. Sed in hoc forte multi non solum
 non acceptarent rationem Durandi. sed non minus eum reprehenderent quam su-
 predictam opinionem. i. de non assumptione & non hypostatica unione sanguinis
 christi effusi in cruce & exhibiti in sacramento ad suppositum filii quia uideretur q̄
 secundum hoc ille sanguis non fuisset sufficiens precium redemptionis humani ge-
 neris. Cum non esset unius hypostance diuinitati. Unde sanctus Thomas. vi. quo
 libet. q. vi. sic dicit Sanguis christi in passione effusus humanum genus sanctifica-
 uit secundum illud hebreorum ultimo. Iesus ut sanctificaret per sanguinem suum
 populum extra portam passus est. humanitas enī christi uirtutem salutiferam ha-
 buit ex uirtute uerbi sibi uniti. ut dicit Damascenus. in. libro unde manifestum est
 q̄ sanguis in passione effusus qui maxime fuit salus fuit diuinitati unius & ideo
 oportuit q̄ in resurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus &c. hec ille. Se-
 quitur Durandus contra predictam positionem quia corpus christi est in altari
 uel in sacramento altaris per ueram existentiam sue nature. & non propter solam
 communicationem ydionatum. sicut ponit hec opinio quod patet quia hoc temp-
 relet idē numero quod precessit. Sed xps instruendo hoc sacramentum dixit hec

Responso
 Quartum

Responso

.S. Thomas

Damascenus

Aliud Durandus
 argumētū .

uerba Lucæ. xxi. Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur &c. Et hic calix i
meo sanguine qui pro uobis effundetur. ergo illud idem corpus numero quod pos
sita fuit traditum apostolis in sacramento ad edendum sed corpus quod fuit tradi
tum ad cruciandum non fuit de natura panis sed fuit corpus pertinens ad natu
ram humanitatis ergo corpus traditum apostolis in sacramento altaris fuit uere de
natura humanitatis & pari ratione in sacramento nostro est corpus christi pertinens
ad eius humanitatem & non est ibi solum per cõmunicatiõem ydiomatiũ ex assump
tione panicitatis. Quod si quis dicat q̄ relatiuum refert idem secundum suppositũ
non idem secundum naturam. & sic potest uere dici demonstrato pane assumpto
hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur quia idem est suppositũ habens pa
nicitatem assumptam & corporeitatem postea traditam & sic idẽ suppositũ fuit pri
us demonstratum & deinde traditum. licet secundum aliam & aliam naturã non
ualet. Quia cũ dicitur hoc est corpus meũ. corpus non potest ibi teneri pro suppo
sito habẽre corporeitatẽ sed potius pro natura habita ut notat pronome possessiũ

Remotio ob
iectionis

Responso
Aliud duran
di argumẽti.

cui additur cum dicitur corpus meũ hoc est quod habeo. Sed forte hoc haberet ma
iorem efficaciam apud grammatikos q̄ apud theologos. Vltimus arguit sic q̄ dicta
assumptio non sufficit ad hoc q̄ corpus christi sit in altari neq̄ realiter neq̄ scõdũ
cõmunicatiõem ydiomatum. non quidem realiter quia assumptio duarum natu
rarum ab uno supposito non sufficit ad hoc q̄ ubi est una natura sit alia. quia si sup
positum filii a principio assumpsisset humanitatẽ Petri in Roma & Pauli in iudea
non propter hoc ubi esset Petrus ibi esset Paulus & e conuerso nisi quo ad suppositũ
quod de utroq̄ predicatur & de quo utruq̄ predicatur cõcretiue. Similiter da
to q̄ suppositum filii assumpsisset humanitatẽ & panicitatẽ. non oportet q̄ ubi
est natura panis ibi sit natura humanitatis. neq̄ ratione suppositi possit dici q̄ ubi
panis est ibi est corpus christi propter cõmunicatiõem ydiomatum quia secundũ
illam opinionem nomen suppositi non recipit predicationem panis assumpti nec
corporis partes. Non enim uerũ est dicere secundum istos q̄ filius dei sit panis uel
corpus quod est pars ergo ratione cõmunis suppositi non potest unum de altero p̄
dicari ut sic dicatur unum esse alterum uel unum esse ubi est alterum nec est simile
de dente ethiops & eius albedine quia albũ dicitur dens & dens dicitur albus. &
ubi est unum est alterum quia hoc est per hoc q̄ sunt unum subiecto. & per conse
quens indistincta subiecto & loco. non sic autem potest dici de corpore humano et
panicitate assumpta & quicquid sit de hoc argumento hoc est uerum q̄ licet nõ se
quitur de necessitate sequitur tamen de possibili &c. Petrus autem de palude sic ar
guit. aut assumeret substantiam panis cum accidentibus aut sine nõ sine quia hoc
est impossibile quia quod non est per se factibile nec substantabile quicũq̄ uirtute
ut relatio uel aliquid huiusmodi non est per se assumptibile. Substantia autẽ cor
poralis sine quantitate fieri nõ potest. quia est suus terminus & propria passio ma
gis quantitas siue figura. hoc autem multi negarent. Si autem cum accidentibus nõ
non esset in altari sacramentaliter sed localiter per quantitatẽ cũ substantia assũpta

Responso
Argumẽtum
primũ petri
de palude

in altare, nec inde mota sicut localiter fuit i utero p quantitatem cū hūanitate ibi affū
pta. Et forte hoc concluditur q non eo modo sacramentaliter quo dicunt Thomiste
per conuersionem qui dicunt q non ē ibi per suam quantitatem sed per quantita-
tem panis quam si assumat cum pane iam uidebitur q sit ibi per quantitatem que
sit sua. Modus autem Thomistarum a multis non tenetur. Secundo arguit Petrus
q non potest intelligi de corpore quod est genus, sed solum de corpore quod ē pars
quia genus non predicatur possessiue de suo inferiori, sicut pars de toto. Cū enim
dico humanitas mea & manus mea, non autem animal meum nec homo meus de
me ipso. Hoc autem apparet de consecratione sanguinis qua dicitur hic ē calix san-
guinis mei, sanguis autem nō est equiuocum ad genus & ad partem sicut corpus,
sed tantum sumitur pro parte. Dato ergo q corpus quod est xps per assumptionē
esset ex ui sacramenti in altari non tamen corpus christi quod est pars nisi tantum
ex naturali concomitantia quia per assumptionem non fieret unio in naturis sed in
persona tantum. Vnde per illam assumptionē fieret q panis esset corpus q est chri-
stus non autem corpus christi sicut nec modo diuinitas ē humanitas & de hoc satis
dictum ē supra scilicet de corpore parte & de corpore quod ē genus. Tertio arguit,
quia sicut corpus hominis assumptum non debuit corrumpi nec putrescere, nec in
substantia nec in quantitate, sic nec deberet corrumpi panis si assumeretur. Forte
autem hoc similitudo non dicitur de necessitate. Ad argumenta pro parte opposita
respondetur ad auctoritatem Damasceni dicitur q sicut in calice aqua baptismatis
non assumitur in unitate suppositi diuini nec gratia sancti spiritus unitur ei ita
ut faciant unum suppositum similiter panis & uinum non assumuntur ad diui-
num suppositum nec eis coniungitur diuinitas in unitate suppositi, sed sicut aqua ibi
assumitur ut materia sacramenti permanens, sic panis & uinum ut materia tran-
siens, quia materia sacramenti conuertitur in corpus christi & per consequens dicitur
aliquo modo uniti diuinitati non per assumptionem manēte natura panis aut
uini, sed per trāsubstantiationem i humanitatem prius assumptam, patet hoc ex
sequentibus ubi dicitur sic quemadmodum naturaliter per cōmestionem panis &
uinum & aqua per potum in corpus & sanguinem cōmestentis & bibentis trāsmu-
tātur & nō sit aliud corpus q prius ita & propolitionis panis & uinum & aqua per
mutationem & aduentum spiritus sancti supernaturaliter transit in corpus domi-
ni & sanguinem & ideo non sunt duo sed unum & idem. Ex quibus uidetur q nō
est intentio Damasceni per substantiam panis & uinum remaneant & assumantur
a diuino supposito sed transeunt in corpus & sanguinem christi & sic uniantur di-
uinitati. Instant autem illi querentes quomodo unitur quod anichelatur, i. uere in
se definit esse & instant de illa similitudine carbonis in qua dicitur q sicut carbo li-
gnum simplex non est sed unitum igni ita panis cōmunionis non ē sim plex panis
sed unitus diuinitati. Et dicitur q carbo & ignis non sunt supposito idem unum ta-
men cum sua corruptione tranāt in aliud sic panis cōmunionis non est cum di-
uinitate unum supposito, sed sua definitione tranāt in corpus christi quod ē unum

Responso.

Secundum.

Responso.

Tertium.

Responso.

Responso ad
argumenta p
pte opposita.

Ad p^{ri}um.

Instantia.

Solutio.

- Contra.** diuinitati. Sed contra quia tunc panis cōmunionis assumilaretur igni in quem ui-
delicet transiuit carbo per sui corruptionē & nō ipsi carboni in quo cū ipus nature
lignee saluatione simul inuenitur natura ignis. **Quere** responſionem & forte ē hec
Reſponſio. q̄ ſimilitudo non currit quo ad omnia & forte fuiſſet melius q̄ **Damaſcenus** non
poſuiſſet illam ſimilitudinem. & cum dicit idem **Daſc.** q̄ deus cōiunguit diuinita-
tem pani. Dicendū eſt q̄ non per aſſumptionē licet ſicut cibus cōiungitur cibato q̄
Solutio obie- conuerſitur in ipſum. Accipiat̄ autem inter hanc cōuerſionem & illam illa ſimilitu-
ctionis. do que ibi poteſt cadere. **S. Thomas** i. iiii. libro. xi. di. q. i. dicit q̄ uerbum **Daſc.** i
telligendum eſt quantū ad ſpecies quibus corpus xpi diuinitati unitū modo ineffa-
S. Thomas. bili coniungitur hec ille. & poſtq̄ modus iſte ē ineffabilis non oportet ulterius que-
re de ipſo. In tertia autem parte ſumme. q. lxxv. dicit deus coniunguit diuinitatē
ſuam. i. diuinam uirtutem pani & uino. non ut remaneant in hoc ſacramento ſed
ut inde faciant corpus & ſanguinem ſuum. Ad auctoritatem apoſtoli dicitur q̄ illa
Ad auctorita- loquutio eſt figuratiua tam ex pte ſubiecti q̄ ex pte p̄dicati. Nā panis ex pte ſub-
tē apoſtoli. iecti ſupponit pro ſacramento ſenſibili. ſ. ſpeciebus panis. Corpus autem chriſti ē
ſumitur figuratiue. Vnde ſecundum gloſam. per illam locutionem non datur intel-
Glo. ligi q̄ ſubſtantia panis aut ſpecies panis ſit uere & realiter chriſtus aut corpus chri-
ſti. nec q̄ corpus chriſti predicetur in recto de ſubſtantia panis aut de ſpecie panis
ſed eſt ſenſus panis quem frangimus in ſacramento. i. participatio panis fraſti in al-
tari. participatio corporis diuini eſt. i. facit nos unum eē cum chriſto. Meminerint
autem magiſtri qui mea damnabant q̄ ſi uerba **Damaſceni** & **Pauli** in iſta mate-
ria acciperentur ut prima facie & ſuperficialiter ſonare uidentur. multis poſſent fa-
cere ſenſum in ſide erroneum. Cum autem dicitur q̄ ad hanc poſitionem de aſſū-
Ad aliud pri- ptione minores ſequuntur difficultates. Dicendum q̄ in his qua ſunt ſidei. nō ſem-
ma ſolutio. per eligendum illud ad quod pauiores ſequuntur difficultates ſed id quod eſt ma-
gis conſonum traditionibus apoſtolicis & dogmati eccleſiaſtico etiam ſi plures diffi-
cultates occurrant. Oportet enim intellectum captiuare in obſequium ſidei & tra-
ditionibus patrum obediens ſe humilitate cōmittere. ut bene & religioſiſſime di-
xit etiam **Plato** in **Thimo.** Item dicit aliquis q̄ licet illa aſſumptio magis ſaluaſet
Plato. apparentiam ad ſenſum. tamē cōuerſio magis ſaluaſet apparentiam ad intellectū. i.
Secunda. uerba euangeliū que melius eſt ſaluare quia nō poſſunt mētiri ſicut ſenſus poſſunt
decipi. Sed contra arguitur adhuc pro parte oppoſita. Quia ſi hoc non ſit per aſſū-
Ierū arguit ptionem. ita q̄ ſcludatur i articulo ſcarnationis. eadem enim eſſet credulitas. ope-
p pte oppo- tuit de iſta conuerſione eſſe ſpeciale articulum qui tamen non eſt in ſymbolo.
ta.
Primum. Dicunt quidam ſicut **Petrus** de palude q̄ articulus de euchariftia forte eſt ſpecialis
Reſponſio. ſub illo uerbo ſanctorum cōmunionem &c. **Sanctus Thomas** in ſecunda ſecunde
Petrus de pa- dicit q̄ in ſacramento euachariſtie duo poſſunt conſiderari unum. ſ. quod eſt ſacra-
lude. mentum & hoc habet eandem rationem cum aliis effectibus gratie ſanctificantis.
Sctus The- Aliud eſt q̄ miraculoſe ibi corpus chriſti continetur & ſic concluditur ſub articulo
mas. de omnipotentia. ſicut & omnia alia miracula que omnipotentie attribuantur.

In tertio autem sententiarum dicit q. fides de corpore christi & de omnibus sacramentis & clauibus & omnibus huiusmodi includitur in articulo qui est de effectu gratie qui est sanctam ecclesiam catholicam &c. Ad confessionem Berengarii dicitur dum est sicut dicit ibi glo. q. nisi sane intelligas uerba Berengarii in maiorem incidere errorem q. ipse habuit. Dicit ergo Petrus de palude q. cum dicitur corpus xpi frangitur exponendum est. i. manet sub speciebus quae franguntur q. diu remanet in qua tacit q. parte. Subdit autem Petrus haec uerba. Sic ergo dico q. deus posset assumere panem & uinum sicut posset conuertere & q. posset uerba insinuere ad quorum prolationem sequeretur assumptio. sicut nunc ad horum prolationem sequitur conuersio. non tamen dedit hanc uirtutem illis uerbis. nec posset saluari sensus modetorum si fieret assumptio & non conuersio haec ille. Quae uerba efficacissima sunt pro ueritate conclusionis mee quae tota est de possibili non de sic esse &c. Ad id quod quotiens scilicet q. sunt duo idem supposito limitata ubi q. est unum ibi est reliquum. Dicitur q. ratio tenet solum in his quae sunt in loco per accidens. Sequens autem est de his quae sunt in loco per se. Cum autem dicitur q. ista. uidelicet panis est corpus christi. corpus christi est panis non possunt uerificari nisi panis maneret. dicendum q. exponendum est. i. ubi erat panis ibi sit corpus xpi. Et haec sufficiat disputasse de hac questione. ex quibus oibus illa teneo quae sunt consona supra explicatae declarationi conclusionis mee. Quae autem dissoluta censio abiecta & reprobanda.

Ad confessionem Berengarii. Glo.

Petrus de palude. Nota.

Ad aliud.

Ad ultimum.

QUESTIO SEPTIMA DE SALUTE ORIGENIS.

Rationabilis est credere Origenem esse saluum quam credere ipsum esse damnatum.

Dixerunt isti magistri q. haec conclusio est temeraria & reprehendenda & haereticam sapiens. & contra determinationem uniuersalis ecclesiae ego autem ut de eis modestus loquar uolo ostendere suum iudicium non esse rectum & q. haec conclusio non est contra determinationem ecclesiae & q. plus est q. quando etiam quicquid ipsi contra me afferunt essent uerba adhuc non potest dici q. haec conclusio sit haeretica uel haereticam sapiat. Erunt autem pro pleniori huius materiae declaratione. septem articuli. In primo uidebitur an Origenes unquam haereticam aliquam de rebus fidei opinionem scripserit & crediderit. in secundo dato q. scripserit an dogmatis uel adhaesit uel iniquitate transcripserit. In tertio dato q. adhaesit an talis adhaesit q. illa scribendo mortaliter peccauerit & haereticus dici possit. In quarto dato q. scripserit & talis scripserit q. scribendo errauerit. an q. talibus unquam penituerit. In quinto dato q. de eius nec penitentia nec impenitentia constiterit. an sit rationabilis ipsum credere esse damnatum an saluum. In sexto quid ex dictis decretorum iudicandum sit ecclesiam determinasse de Origene. In septimo quantum obliget in ista materia credulitatem nostram determinatio ecclesiae. In materia primi articuli amara fuit inter Ruffinum & Hieronymum contentio. quibus (ut dicit Augustinus. qui octavam

septem articuli quomodo in declaratione conclusionis procedunt sit.

Pro primo articulo.

Ruffinus Hieronimus Augustinus.

inter eos disensionem deplorat) dederat deus ut coniunctissimi & familiarissimi mella scripturarum sanctarum pariter lamberent. Opinatur Ruffinus heretica dogmata quae in libris Origenis inueniuntur ab hereticis falso fuisse inserta qui illius deprauauerunt libros & ex Origenis mente non esse Hieronymus contra sentit. Sed uideamus quid utraq; opinio habet probabilitatis & apparebit forte q; salua si de & plenaria satisfactioe eorum omnium quae de necessitate salutis tenentur credere adhuc libere & probabiliter potest credi q; principales ille hereses ex quibus peccatum conuincitur Origenis & consequenter damnatio non fuerint ex Origenis mente sed ei falso a perfidis hereticis illius libros deprauantibus impolite. Est autem pro hac parte primo auctoritas Pamphili martiris cuius liber fertur in defensionem Origenis in quo gloriofissimus martyr ex uerbis ipsius Origenis ex eius libris ibi recitatis ostendit ipsum catholice sensisse in his in quibus hereticus accusatur. Hieronymus autem hunc librum negans esse Pamphili in apologia sua ad Oceanum & Pamphiliũ responsiua sic inquit Si ab inimicis Origenis libros eius dicitis esse uolatos ut in famaretur quate mihi non liceat dicere de amicis eius & sectatoribus compositum esse sub nomine Pamphili uolumen. quod illum testimonio martiris ab infamia uedicaret. Ex quibus uerbis uidetur quasi satis notari posse q; Hieronymus utruq; ponat probabile innuens sicut conuinci non potest Ruffinus q; illi libri non fuerint corrupti. ita nec ipse potest conuinci q; ille liber sit Pamphili. & infra subdit Hieronymus & ipsum nomen apologeticum ostendit excusationem. Non enim defenditur nisi quod in crimine est. Sed diceret forte quis ergo & cum hunc ipsum tractatum in quo hoc scribit Hieronymus apologie titulo noceat in quo defendit se q; Origenis doctrinam non dogma sit sequutus pariter se ostendit reũ esse criminis post q; non defenditur nisi quod est in crimine. & sic nemo iuste poterit excusari si excusatio semper iustam presupponit accusationem. Sed uideamus nunc quibus coniecturis mouetur Hieronymus ad credendum librum non esse Pamphili. Primum quod mouet Hieronymum est q; eadẽ leguntur in primo libro Eusebii illorũ sex q; scripsit pro Origene. Secundum est q; ipse Eusebius scribens uitam Pamphili dixit ipsum nihil propriũ operis scripsisse. Sic enim dicit Hieronymus in primo libro contra Ruffinum ad Pamachium & Marcellum. Sex libros Eusebius cesariensis episcopus Ariane quondam signifer laetronis pro Origene scripsit latissimum & elaboratum opus. & multis testimoniis approbavit Origenem iuxta se catholicum. i. iuxta nos Ananum esse. horum tu primum librum uertis sub nomine martiris & infra. Si iste Pamphili liber est de sex libris quis erit primus Eusebii & infra. Item Eusebius amator & pæco & contubernalis Pamphili tres libros scripsit elegantissimos uitam Pamphili continentes in quorum tertio sic dicit de Pamphilo. & ipse quidẽ propriũ operis nihil omnino scripsit. exceptis epistolis quas ad amicos forte mittebat. In tantum se humanitate deiecerat defensor Origenis & laudator Pamphili dicit Pamphilum nihil omnino nec propriũ quicq; condidisse sermonis & hoc dicit iã Pamphilo martirio coronato ne habeas suffugiũ post editos ab Eusebio libros hoc

De cõtrouersia hieronymi & ruffini super primo articulo.

Pamphilus martyr.

Hieronymus

Hieronymus

Eusebius cesariensis episcopus.

Pamphilū scripſiſſe & infra. Quid facient epiſtole Theophili epi. qd Pape Anaſta Theophilus
 ſi in toto orbe hereticum proſequentes. Cum liber tuus ſub nomine Pamphili edi / epikopus.
 tus pugnet contra epiſtoſas eorum & in ſecundo libro ſic ſcribit Hieronymus . Cū Papa anaſta
 ante annos ferme decem. Dexter amicus meus qui prefecturam adminiſtrauit pre
 totū me rogaflet ut auctorum noſtre religionis ei indiciem texerem ſer ceteros tra
 ctatores poſui. & hunc librum a Pamphilo editum ita putans eſſe ut a te & tuis di
 ſcipulis fuerat diuulgatum . Sed cum ipſe dicat Euſebium Pamphilum nihil ſcrip
 ſiſſe exceptis epiſtoſis &c. Et primus liber ſex uoluminum Euſebii eadem & huiſde
 uerbis contineat quæ ſub nomine Pamphili a te facta ſunt. perſpicuum eſt te idcir
 colibrum hunc diſſeminare uoluſſe ut ſub perſona martini hereſim produceres.
 Cum & de ipſo quem Pamphili ſimulas multa peruerteris & aliter in greco & ali
 ter in latino ſit. In apologia autem ad Oceanum & Pamachium reſponſus ſ qua
 oſtendit ſe doctrinam Origenis & non dogma ſectatum ſic inquit de eodem libro
 Pamphili loquens uidetur uel Didimi uel cuiuſlibet alterius fuiſſe opuſculum . Si
 concedamus ex ſuperſtuo ut Pamphili ſit. ſed necdum martini ante enim ſcriptis q̄
 martirium perpetravit. Et quomodo inquit martino dignus fuit. ſ. ut martino de
 leret errorem. hec Hieronymus ad uerbum diuerſis in locis prout allegatum eſt de
 iſto libro Pamphili . Ruſſinus autem comprobans librum Pamphili martiri eſſe
 & ad Origenis facere deſenſionem in ſecundo libro inueſtutus contra Hierony
 mum poſtq̄ dixit ſic de quolibet opere faciliſter dici poſſe q̄ eius nō ſit auctoris cui
 aſcribitur ſic deinde inquit. Sed ponamus q̄ non ſit martini libellus iſte ſed cuiuſ
 cuiq̄ unius de eccleſia. nunquid ſuis uerbis uſus eſt quiſquis ille eſt ſcriptor ut me
 ritis cedendum uideatur auctoris de ipſis Origenis uoluminibus ponit exempla .
 Et quid de ſingulis ſentiat non ſuis deſenſoris uerbis ſed eius ipſius qui accuſa
 bitur oſtendit . & ideo ſuperſtuo eſt de auctore queſtio ubi deſenſio talis eſt quæ
 aſſertore non eget. hec Ruſſinus. Ad ea autem quæ dicit Hieronymus reſponde
 ret forte aliquis ſic pro Ruſſino . primo cum dicit Euſebium ſex libros ſcripſiſſe in
 quibus Origenem probat Arianum & horum primum conuerſum a Ruſſino ſub
 nomine Pamphili quomodo hoc poſſe ſtare q̄ liber Pamphili ſit primus Euſebii
 cum diuerſa omnino & pugnantia intendantur in illis libris. Nam Euſebius per te
 o Hieronymi ſuis libris conare probatur Origenem eſſe Arianum . In libro autem
 Pamphili nihil aliud agitur q̄ ut probetur Origenem Arianum nō fuiſſe. Sed que
 cum q̄ hereſim Arii confirmantia in eius libris inueniuntur ab ipſis Arianis qualis et
 Euſebius ſuit & multi alii fuiſſe inſerta . Diuerſus ergo omnino ſit liber iſte ab illo
 necesse eſt qui diuerſam penitus immo contrariam agit cauſam . Nec ſufficit h̄ q̄
 dicit illa quæ ad Arianam ſpectabant hereſim de libro Euſebii fuiſſe commutata .
 Nam & quod pertinet ad alias hereſes non poſſe dicere Hieronymus Euſebium
 oſtendiſſe in illis corruptos eſſe libros Origenis . Quia ipſemet in ſecundo libro cō
 tra Ruſſinum dicit q̄ preter id quod attinet ad filium & ſpiritum ſanctum in aliis
 dogmatibus Euſebius & Didimus apertiffime in Origenis ſectam concedunt.

Ruſſinus.

Quare non bene potest intelligi quomodo eademque in libro Pamphili leguntur legi poterant in primo Eusebio nisi aliqua forte communis de Origene & ad articulum huius conclusionis de quo agitur non pertinentia. nec uideretur adeo mirandum ut miratur Hieronymus similia aliqua scripsisse Pamphilum & Eusebium quod ut ipse dicit Hieronymus fuerant contubernales quas potuit Eusebius uel apud Pamphilum lecta in suis etiam libris retulisse uel ut sit quotidie simili mentis motu per se inuenisse & excogitasse. Et hec de primo Eusebio. Quod autem dicit Hieronymus scribere Eusebium in uita Pamphili quod propter humilitatem ipse propriis operis nihil scripsit exceptis epistolis. Et subdit quod Eusebius defensor Origene & laudator Pamphili hoc dicit. Forte responderet Rufinus hoc non multum contra se facere. Primo quia & ille tractatus Pamphili ad epistole potius breuitatem quam ad illi libri magnitudinem declinat. Secundo quia illa breuis pro Origene apologia non recte fortasse dici potest opus proprium cum ibi nihil dogmatizet Pamphilus. imo nec questio ibi de re in uniuersum tractetur aliqua. sed de particulari tantum homine. i. de Origene breuiter agatur. Fuerint libri eius corrupti nec ne quod scribere non est proprii operis aliquid condere. nec est ex sua humilitate dogmatizasse uel auctoris nomen de uitante se subleuare. Tertio possibile est quod & ad noticiam Eusebio iste liber non peruenerit. tum ob libri exiguitatem. tum ob auctoris quam ipse affert humilitatem & nihil magnum scribentis & tenuit etiam illa & minuetula que scripsit occultantes potius quam ostentans. Quarto dicit Rufinus possibile est etiam quod Eusebius ut Ariane perditie defensor librum martiris qui suam lectam Origene testimonio priuabat non occultare modo uoluerit. sed hac etiam obliqua sua testatione agere ut non esse Pamphili a postens crederetur. Quare quod Hieronymus quasi ad corroborandum rationem suam dicit defensor Origene. dicit Pamphilum nihil scripsisse &c. potius contra ipsum est quam pro ipso. Quia ex quo Eusebius Origenem non ut catholicum sed ut Ariamum defendebat merito in hoc sicut dixi potuit esse suspectus. Sed quid oportet in his laborare aut quomodo omnino potest Hieronymus ex Eusebio testimonio probare illam pro Origene Apologiam non esse Pamphili. cum ipse Eusebius in libro sexto hystorie ecclesiastice dicat a sancto Pamphilo martire scriptam esse apologiam pro Origene. Cum autem subdit Hieronymus quid facient epistole Theophili episcopi. Quid pape Anastasi & cetera. Diceret forte Rufinus non pugnare librum Pamphili contra primariam illorum intentionem. Fuisse enim illorum propositum hereses illas pessimas & uenenatas dogmata cuiuslibet quod essent extirpare de mundo. quia hoc ad fidem spectabat ad religionis confirmationem & stabilimentum ecclesie. Origene autem illa esse ut credebatur a multis aut non esse parum curaturus fuisse religiosissimos pontifices. Quinimo optabile forte illis & acceptissimum fuisse futurum si certis & ualidis probari potuisset argumentis hereticas illas opiniones non fuisse ab Origene creditas. quia pro huiusmodi hoc faceret non contra fidem: contra hereticos. & non pro hereticis quod

Primo.
Secundo.

Tertio.

Quarto.

non parum tanti uiri & a catholicis tantum laudati testimonio iniebamur & erro-
rem suam illius auctoritate defendebant. Quapropter pugnaturum pamphili li-
brum contra illas epistolas. si in illo hereses quas illi accusabant excusarentur. Non
autem si id tons in eo agitur uiribus ut illarum assertores tam bono patrono priuē-
tur quem si ille prosequeretur epistole. Certum est q̄ non nisi ut illarum credentium
opinionem heresiarcham prosequeretur. Ad ea autem quæ in secundo libro affect
Hieronymus sic loatasse responderetur. Primo cum dicit se etiam aliquando credi-
disse & ita scripsisse illum esse Pamphili librum priuē q̄ apud Eusebium legisset Pā-
philum nihil scripsisse & cætera. Ex hoc suo dicto forte sic contra eum argumenta
retur Ruffinus. si lectum o Hieronymus pamphili librum pamphili esse aliquando
& credidisti & scripsisti. Dic queso quæ in eo legebas mendacia ne & hereses aut
heresum fauores esse cognoscebas an potius uera uel uerisimilia & catholicam si-
dem nihil ledenna: si falsa & heretica quo pacto adduci poteras ut crederes aucto-
rem libri esse catholicum martirem de cuius testimonio & dictis nihil frustra sine
flagitio suspicari quis posset. Si uero & catholica & deniq; christiano martire di-
gna cur nunc ipsa damnas & commentitis dicitis: & ad introducendas hereses disse-
minata. & breuiter cur indigna martire nunc iudicas quæ tunc martire digna iudi-
casti. cum eadem si ut que nunc legis & quæ tunc legebas quasi dicamus ipsam au-
ctoris titulum sedudentes ipsa quæ ibi in defensionem Origenis dicuntur secun-
dum te consideremus. Si mala sunt cur tunc sancti martiris esse iudicasti. si bona
cur etiam nunc cuiuscunq; sint pro bonis non acceptantur. Preterea quomodo pos-
tes o Hieronymus dicere ad introducendas hereses me librum disseminasse. cum in
eo libro nihil aliud agatur ut supra etiam dictum est nisi ut heretici Origenis testi-
monio se corroborare non possint quod ad euellendam facit non ad disseminandā
heresim. Preterea nō solum latinus inuenitur iste liber sed græcus. Ego Ruffinus la-
tinum feci ex græco transferendo. Græcum quis edidit si non pamphilus. non ego
utiq; Ruffinus secundum te qui me de infœcia arguis græcarum litterarum librum
tam græcæ & tam facunde scribere potui ut Eusebius stilum equaret. Si alius profes-
ratur ille respondet Hieronymus q̄ Dydimi est uel alicuius aliterius. Instabit Ruf-
finus. Quisquis sit ille alius tam non ego Ruffinus sed alter huius criminis reus te
nebitur. & si Dydimus est mendax secundum te & deceptor est Dydimus pre-
ceptor tuus o Hieronymus quem tu & prophetam uidentem & oculum habentem
sponse de cantico canticorum & apostolicum uirum in tuis libris nonnastu men-
dax inquam ipse qui ipsam græcum edendo falso pamphilo adscripsit. nō ego qui
inuentum græcum titulo pamphili sub eiusdem auctoris titulo transferendo com-
municauit latinis. nec mirum tibi esse debet q̄ ego Dydimus in hac te crediderim
cui tu in scripturarum explanatiōe credidisti. Quod autem dicit q̄ aliter in lati-
no sit aliter sit in græco. Diceret Ruffinus cur locos non profers o Hieronymus ma-
le interpretatos an ideo ne me a culpa asserere possim. sicut & tu cum Augusti-
nus ad te scribat quodā de tua ex hebreo interpretatiōe damnari & locos nō ponit.

Dicit ideo factum ne te possis defendere & ueritatem tue interpretationis comprobare. Quare quod tibi diceret Ruffinus licuit de Augustino, liceat & mihi quoque de te o Hieronymus suspicari hec sunt dicta de dissensione Hieronymi & Ruffina de libro Pamphili in qua ego sic & in aliis omnibus Hieronymi iudicium iudicio Ruffini semper antepono.

Secundū quod ad possibilitatem huius assertur q̄ Origenis libri sint corrupti hoc est q̄ hoc similiter uidemus accidisse multis aliis libris catholicorum doctorum. Nam Clemens apostolorum discipulus qui Romane ecclesie post apostolos episcopus & martir fuit libros edidit qui appellantur recognitio. In quibus cum ex persona petri doctrina quasi uere apostolica exponatur. in aliquibus ita Eunomii dogma inseritur ut nullus alius q̄ ipse Eunomius disputare credatur filium dei creatum de nihilo dicens. Item in clementis Alexandrine ecclesie presbiteri uiri catholici inuenitur scriptum dei filium esse creatum. & I Dyonisi Alexandrine urbis episcopi quatuor libris ubi contra Sabellum disputat est Ariani dogmatis comprobatio. & quid oportet apostolicos proferte uiros cum sciamus ipsa euangelia & ipsorum apostolorum dicta ab hereticis sepe fuisse deprauata. ut maxime ex libro Tertulliani contra Marcionem cuiuslibet constare potest. Quod ergo illoꝝ contigit libris cur non & Origenis libri potuit contigisse & omnino in simili causa cur per omnia similibus nō acceptatur excusatio. quæ ideo etiam de Origenis libris uidetur magis acceptanda q̄ ipsemet uiuens adhuc de hoc in suis epistolis ut infra patebit conqueritur. corrupti. s. & depruari ab hereticis libros suos. Quod si hoc pro impossibili habet Hieronymus illud afferens q̄ hec quicquid in libris omnium reperitur. ab aliis dici possit esse corruptum. & q̄ difficile est omnia exemplaria posse uicari. Nescio quo pacto ipse respondere poterit Eunomianis comprobantibus dogma suum testimonio clementis apostolorum discipuli. in quibus inuenitur expresse scriptum filium dei esse creatum. Nam si ipse ad hec recurreret corruptos libros demētis ab ipsis hereticis ipsius Hieronymi uerbis hoc arguent esse impossibile. illa & ipsi dicentes sc. l. quicquid reperitur in libris omnium ab aliis corruptum dici posse. & impossibile esse omnia exemplaria esse corrupta. Quare forte cauendum est ne dum hereticum omnino facere uolumus Origenem hereticos apostolos hereticosque apostolorum discipulos esse faciamus. Nam cum nihil minus detestande & execrande hereses non minus impia dogmata in illorum inueniantur libris q̄ in libris Origenis non uideo. Cur non uel similiter accusentur uel excusentur similiter Hieronymus autem de libris Clementis & aliorum corruptione his uerbis respondet. & quomodo inquires in libris eorum uiciosa non nulla sunt si me causas uiciorum nescire respondero non statim illos hereticos iudicabo. Fieri enim potest ut uel simpliciter errauerint uel alio sensu scripserint uel a librariis imperitiis eorū paulatim scripta corrupta sint. uel innocenter quedā & minus caute loquuti sint. & que non possint peruersorum hominum calumniam declinare. Huic autē Hieronymi responsioni sic forte responderet Ruffinus sic non propterea q̄ in eorum

Nota.

Clemēs discipulus apostolorum.

Eunomii erret.

Clemens alexandrine ecclesie presbit Dyonisius eps alex.

Tertullianus contra marcionem.

libris uitiōsa non nulla sunt etiam si causas uiciorum nescias non statim uis illos hereticos iudicare. Cur uis aliquibus in Origenis libro uiciosis quibus etiam ab ipso legis cōtradictentem Origenem statim hereticum iudicas que est causa disti-
 multitudinis maxime cū & in Origene eam ingenii sublimitatem cum fidei zelum tale ac tantum scripturarum studium & tu noueris fuisse & scripseris & predicaueris ut non in merito in codicibus undecumq; potius q̄ in mente eius uiciorum fuisse suspicari possis. Proterea sicut fieri potuit secundum te ut illi uel simpliciter errauerint uel alio sensu scripserint uel innocenter & minus caute loquuti sint. Cur non fieri potuit similiter ut Origenes. uel simpliciter errauerit uel alio sensu scripserit. ut contendit Dydimus. uel innocenter & minus caute loquutus sit quedam que non possunt peruersorum hominum calumniam declinare. Et sicut a librariis imperitis dicit potuisse illorum scripta corrumpi cur non similiter uel ab imperitis librariis uel a perditis hereticis scripta Origenis potuerunt corrumpi omni-
 no dissimilitudinis causa non apparet. Refert enim Rufinus q̄ liber Hilari con-
 fessoris post animinensem synodum fuit falsatus ab hereticis. & q̄ ob hanc causam cum in cōcilio episcoporum ei questio moueretur proferti librū de domo sua iussit qui nesciente se in senis suis hereticus tenebatur. & dicit q̄ cum prolatus fuisset & ab omnibus hereticis iudicatus auctor libri Hilarius excommunicatus discessit de concilio. Hoc esse falsum & fictum in calumniam Hilari dicit Hieronymus nihil aliud asserens. sed uerum fuerit nec ne non bene sciri potest nec multum ad Origenis attinet defensionem. Hoc est uerum q̄ Rufinus hoc de Hilario recitatus hec uerba prefatur. Et ne quid aperte credulitati desit res adhuc que sunt memo-
 rie nostre retexam quo testimoniu ueritas neminem lateat. Quare uel uerum fuit uel magna fuit Rufini impudentia in re tam recentis memorie apertam menda-
 cium & nouam texere fabellam. Sed siue uerum sit siue falsum non uidetur in Hilari calumniam uel fictum uel recitatum. quia potius illos qui Hilari librum de-
 prauauerant q̄ ipm Hilarium calumniatur. quem innocentē heresis fuisse & iniu-
 ste excommunicatum & subdole deceptum attestatur. Post hec recitat Rufinus q̄
 Tertuliani liber cuius est titulus de trinitate sub nomine Cypriani martiris Con-
 stantinopoli a Macedoniane partis hereticis legebatur. Hieronymus dicit q̄ nec li-
 ber est Tertuliani. nec dicitur Cypriani sed Nouatianus. neuter eorum aliud pro se
 afferit. nisi q̄ Hieronymus dicit q̄ auctoris eloquium stili proprietatē demonstrat.
 Quamq̄ & in multis sepe est deprehendere similem stili faciem & tenorem. Sed
 hec nihil ad Origenem. Ipse autem Rufinus hoc idem ostendit accidisse Hiero-
 nymo quod & libris Origenis. refert enim q̄ cum a Damaso Romane urbis episco-
 po ei tradite fuissent ecclesiastice epistole dictande Apollinariane Athanasii librū
 ubi dominicus homo scriptum erat ad legendum acceptum. ita corruerunt ut in
 libro id quod eraserant rursus scriberent. scilicet ut non ab illis falsatum sed a Hiero-
 nymo additum putaretur. Et aduerte q̄ Hieronymus in hac parte Rufino te-
 spondens cum dicat mihi mea ingeritur fabella. uerum tamen fuisse non

Dydimus.

Hilarius.
Animinensis
synodus.

Tertulianus.
Cyprianus.

Damasus ro.
urbis eps.

Nota.

negat. sed in fine sic dicit. fieri potest Ruffine ut etiam si a me uerum audisti alius qui huius rei ignarus est dicat a te esse compositum & factum. Tertium quod uersimile facit libros Origenis fuisse corruptos est quod de hoc ipse uisus conquestus est. Exstat enim in libro quarto Origenis epistola eius ad quosdam caros suos in Alexandria in qua conqueritur his uerbis. Sed nihil mirum mihi uidetur si adulteretur doctrina mea ab inimicis. & tali adulterio corrumpatur quasi adulterio corrupta est epistola Pauli apostoli. Quidam enim sub nomine Pauli falsam epistolam conscripserunt ut conturbarent Thessalonicenses quasi instaret dies domini & seducerent eos propter hanc ergo epistolam in secunda epistola quam ad Thessalonicenses scribit hec dicit. Rogamus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu christi & nostre congregationis in ipsum ut non cito moueamini a sensu uestro neque terre amini neque per spiritum neque per uerbum neque per epistolam tanquam per nos nullam quasi instet dies domini. nemo uos seducat ullo modo talia ergo quedam uideo accidere uobis. Nam quidam auctor hereseos. cum sub presentia multorum habitus fuisset disputatio nostra accipiens scripta ab his qui descriperant codicem quae uoluit addidit. & quae uoluit abstulit & quae ei usum est permutauit & circumfret tanquam ex nomine nostro insultans & ostendens ea quae ipse conscripsit pro quibus indignantes fratres qui in palestina sunt miserunt ad me Athenas hominem. qui acciperet a me ipsa autentica exemplaria quod ne relectum quidem uel recensitum a me antea fuerat. Sed ita neglectum iacebat ut uix inueniri potuerit. mihi tamen & sub deo teste loquor. quoniam cum conuenissem illum ipsum qui adulterauerat librum. quare hoc fecisset uel ut satisfacens mihi respondit quoniam magis ornare uolui disputationem atque purgare ipsam. Videte quali purgatione disputationem nostram purgauit tali nempe quali purgatione Marcion purgauit euangelia uel apostolum uel qualis successor eius post eum Apelles. Nam sicut illi subreperunt conscripturarum ueritatem sic iste sublati quae uere dicta sunt ob nostri criminationem inseruit quae falsa sunt. Hoc ad uerbum in Origenis epistola leguntur. quod si uiuente ipso non dubitabant heretici eius libros corrumpere. Quanto magis credendum est hoc ipsos aulos fuisse post eius mortem. Conqueritur autem & de alio quodam heretico i epistola qui conserbat multa falsa tanquam sua. & exstat etiam alia eius epistola de suo libro falsitate querimonia. Quantum quod eiusdem rei maxime fidem facit quod scilicet heretica illa Origenis non sunt sed ab hereticis ista & quod de illis eiusdem inueniuntur alibi Origenes pie & catholice determinare. Ex quo si illa heretica Origenis sunt sibi ipsi contradicet. Locos autem ubi catholice agit de illis plurimos est uidere in apologia Pamphili. & hoc est quod dicit Ruffinus quod non est curandum de nomine auctoris illius libri quoniam illa defensio cuiuscumque sit per se ualida est cum ex uerbis & dictis propriis ipsius Origenis de eius catholico & orthodoxo dogmate fidei faciat. Et per hoc et uidetur satillien cuiusdam dicto Hieronymi contra Ruffinum. Nam cum Ruffinus hoc idem diceret pie. scilicet & catholice de illis alibi ab Origene determinatum sic inquit contra eum Vbi est illa fiducia qua inflatis buccis creberrime persona

Nota origenis uerba.

Marcion.
Apelles:

Apologia pamphili.

has te quæ in alijs libris Origenis legeras emendasse i libris periarcho. Et nõ alie na. sed sua reddidisse suis . De tanta librorum silua fruticem ac furculum proferre non potes. Responderet enim forte Ruffinus non oportere se de ea silua furculos p ferre de qua iam Pamphilus multas protulerat integras arbores . Locos enim illos copiosissime recitat Pamphilus & illo iam presupposito hoc agit Ruffinus in libelo suo quem Pamphilus libro superaddidit. ut ostendat unde hoc prouenerit q̄ i libris Origenis contradictoria inueniantur assignatq̄ illam causam de falsatione per hereticos. Quintum quod & multum facit ad asserendum hoc q̄ hereses ille nõ sunt de mente Origenis est q̄ ex testimonio multorum quibus merito tenetur fidem adhibere habemus Origenem in principalibus opinionibus in quibus errasse dicitur catholice sensisse. Duo enim sunt principales hereses quæ Origeni obiciuntur. Prima est de trinitate q̄ male. fide filio & patris de spiritu sancto senserit. Secunda est de salute diaboli quod. scilicet pena eius & infernale supplicium non sit eternum futurum sed ab eo si aliquando liberandus . Ex qua uidentur multe alie dependere eidem ascripte illa. scilicet q̄ pro salute istorum saluadorum demonum iterum in sublimiori elemento sit cruciendus christus. & illa q̄ omnia restituenda sunt in unũ & illa q̄ diabolus penitere possit. & illa q̄ pena dñatorum non sit eterna. De istis autem duabus heresibus q̄ non fuerunt de mente Origenis uidentur esse euidentia argumenta. Nam de trinitate non solum Didimus quo preceptore tantum gloria tur Hieronymus dicit catholice sensisse Origenem. id q̄ proprijs in periarcho editis cõmentarijs comprobauit. Sed & Athanasius defensor niceni concilij libris proprijs contra Arianos uoce clara testem fidei sue hunc uirum uocauit & Methodium legimus penituisse q̄ Origenem damnasset. dicitq̄ eum tandem inuentum nihil male credentem de sancta trinitate . Quinimmo ipsiusmet Origenis habemus dicta de trinitate a catholica fide nihil discrepantia. nam super illud Pauli ad Romanos & spiritus adiuuat infirmitatem nostram expresse tenet spiritum sanctum non esse creaturam & super illud qui etiam proprio filio nõ pepererit sed pro nobis omnibus tradidit illum quo modo non etiam cum illo omnia donauit hec Origenes exponens dicit. Nihil enim est neq̄ uisibile neq̄ inuisibile creature quod filio possit adequari. nullo enim pacto creatori suo potest creatura conferri. & si creator ipse donatus est nobis quomodo non cum ipso nobis omnis creatura donabitur. & infra super illud Pauli qui est super omnia deus benedictus sic inquit Origenes. Christum aliud secundum carnem esse. aliud secundum spiritum iam & in prioribus huius ipsius epistole partibus designauit ubi dicit qui factus est ex semine Dauid secundum carnem qui destinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum & ethicationis & quomodo secundum spiritum filius dei sit & secundum carnem filius Dauid ibi plenius exposuimus pro uiribus quem ergo ibi secundum spiritum filium dei dicit hic procedente doctrina ordine proficientibus utpote auditoribus deum qui est super omnia ipsum esse pronunciat & miror quomodo quidam legentes q̄ idem apostolus in alijs dicit . Unus deus pater ex quo omnis & unus dominus

Due principales hereses q̄ origeni attribuantur.

Pro prima heresi q̄ ei obicitur defensio. Didimus. Athanasius Methodius . Nota.

Origenis uerba.

Iesus christus per quem omnia regent filium dei deum debere profiteri. ne duos de
 os profiteri & dicere uideantur & quid de hoc loco apostoli facient in quo aperte
 christus per quem omnia super omnia deus esse describitur. Sed non aduertunt q
 hoc ita sentiant quia sicut dominum Iesum christum non ita unum esse dominum
 dixit ut ex hoc deus pater dominus non dicatur. ita & deum patrem non ita dixit
 esse unum deum ut deus filius non credatur. Vera est enim scriptura quae dicit. Sci
 tote q dominus ipse est deus. Vnus autem uterq; e deus quia non est aliud filio di
 uinitatis initium q pater sed ipse unius paterni fontis sicut sapientia dicit purissi
 ma est manatio filius ergo e christus deus super omnia quae omnia illa sine dubio
 quae & paulo ante diximus super principatus & potestates & uirtutes & omne no
 men quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro. Qui autem su
 per omnia est super seneminum habet. non enim post patrem e ipse sed de patre. hoc
 item autem sapientia dei etiam de spiritu sancto intelligi debet. ubi dicitur. Spi
 ritus domini repleuit orbem terrarum & hoc quod continet omnia scientiam habet
 uocis. si ergo filius dei super omnia dicitur & spiritus sanctus continere omnia me
 moratur. Deus autem pater est ex quo omnia. & sic euidenter ostenditur natura tri
 nitatis & sba una quae est super omnia. hec Origenes ad uerbum. & alibi super il
 lud Pauli quomodo autem predicabunt nisi mutantur sic inquit. Sunt enim non
 nulli qui annunciant quidem et predicant de patre & filio et spiritu sancto sed
 non sincere non integre ut sunt omnes heretici qui patrem quidem & filium & spi
 ritum sanctum annunciant sed non bene neq; fideliter annunciant. Aut enim ma
 le separant filium a patre ut alterius naturae patrem alterius filium dicunt. aut male confundunt.
 ut ex tribus compositum deum uel trine tantummodo appellationis faciant. qui autem be
 ne bona annunciant proprietates quidem patri & filio & spiritui sancto suas cuiq;
 dabunt. nihil autem diuersitatis esse confitebuntur in sba uel natura. hec Orige
 nes. Quibus uerbis quid magis catholicum quid magis expressum necesse e igitur
 sicuti aliter scriptum inueniatur in libris Origenis non Origenis esse illud sed here
 ticoꝝ qui per libtoru corruptionem patronum habere uoluerunt Origenem er
 roris sui. De secunda autem heresi tam euidentis extat testimonium ut meo iudicio
 heresi q eisdẽ obicit desilio
 Ipfemet ori
 genes negat
 & cõtrarium
 asserit.
 Dialogus ori
 genes.

Nota.

Pro secunda
 heresi q eisdẽ
 obicit desilio
 Ipfemet ori
 genes negat
 & cõtrarium
 asserit.
 Dialogus ori
 genes.

patrem falso ei imponatur. patet ex his que ipse dicit super illud Pauli. **O** altitudo diuiciarum sapientie & scientie dei. Sic. n. inquit hanc altitudinem dei inscrutabilem dicit omni creature de filio uero & spiritu sancto dicere ista non poterat. quis filius in euangelio dicit ad patrem. Pater omnia mea tua sunt & tua mea. & de spiritu sancto ipse Paulus pronuntiat dicens. Nemo scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. ita & que in deo sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Qui ergo dicit Paulus. quis nouit sensum domini de creaturis dicit naturam uero trinitatis excepit hanc Origenes. Reslare uidetur una heresis Origeni attributa. scilicet in opinionibus de anima que lucent ab eterno create & de celo delabantur i corpora & de anima scribit quidem ipse Origenes in commentariis super epistolam Pauli ad Titum se nihil posse determinari ex ecclesiastico dogmate accipere nisi que omnes anime sunt eiusdem speciei que sunt libere uoluntatis que sunt rationabiles que sunt immortales que a deo create & que penas habitare pro malis & premia pro bonis. hac tantum dicit se affirmare de anima. Quia de his in scripturis euidentia habeantur testimonia. In ceteris autem de anima questionibus dicere se que magis sibi probabile uidetur. & inquisitiue non determinatiue procedere. quia determinatum nihil de illis in ecclesiastico habetur dogmate. Id autem quod magis uisum est Origeni fuisse que essent ante corpora create i celis uiuentes consentiunt concordia omnes. & Rufinus i apologia ad Anastasium romane urbis episcopum postquam tres retulit opiniones de anima i sine sic inquit. Ego uero cum hac singula legerim deo teste dico que usque ad presens certi uel definit aliquid de hac questione non teneo sed deo relinquo scire quid sit in uero. & si cui ipse reuelare dignabitur. ego tamen hac singula legisse me non nego. & adhuc ignorare confiteor. preter hoc quod manifeste tradit ecclesia deum esse & animarum & corporum conditorem. In libro etiam Pamphili non negatur Origenem illi adhaesisse opinioni sed sic in eius scribitur defensionem. Nunc uero cum diuersitas sit apud ecclesiasticos & alii alia de anima sentiant. & omnes diuersa quomodo hic magis quam ceteri inculandus est. Tum post hac uerba recitantur opiniones de anima que tunc erant inter quas & illa que nunc tenetur a catholicis & cum ostensum est manifestas pro illis probationes ex scripturis sacris adhiberi non posse accidereque illarum auctoribus magnas difficultates in sine sic concluditur. Quod autem ex his omnibus ostendi uolumus illud est que sicut eos qui unam quamlibet de his quas supra exposuimus opinionem ueram putant. non recta ratione hereticos quis uocat pro eo que neque ex diuinis scripturis certi aliquid de his uel manifeste dictum esse uideatur. neque in predicatione ecclesiastica putatur contineri. Ita neque hunc uirum culpam iustum est differentem quod sibi magis est uisum. hac ibi. Ego autem ex omnibus suprascriptis duas infero propositiones. Prima est que si Origenes & de trinitate & de demonum salute catholice sentit ut magis uidetur comprobatum testimonis ob errorem de anima opinionem eius conuincere non possumus damnationem. Quia Origenes non omnia tenebatur suo tempore explicite de aia credere que nos nunc tenemur quia nec in scriptura habebantur manifesta. nec per ecclesiam ut po

Pro heresi de aia creatioe obiecta deo sio.

Rufinus

Pamphili liber.

Prima ppō

Augustinus
post origenē
p. cc. ānos su
it & etiā dubi
us in opiniōe
de aīe creatio
ne.

ita fuit tunc fuerat determinatum : Immo non solum tempore Origenis sed etiā tempore Augustini, qui per. cc. annos post Origenem fuit adhuc fuerat post per catholicos, id est per uniuersalem ecclesiam de anima aliquid determinatum. Nam ipse Augustinus dubitatus erat in opinione de anima ut patet ex eius epistola ad Hieronymum. an. s. singule singulis. creentur ut nunc tenet orthodoxa traditio. Ex qua opinione uidebatur Augustino seq q̄ deus esset iniustus. an ex illa una q̄ facta est in Adam a deo. Aliē deinde sicut corpus ex corpore ita aīe ex aīa fuerint p̄ pagate. nec credas solum in iuuentute de hac re dubitasse Augustinū. Quia & p̄ primo libro retractationū qui fuit de uulnīs de hac q̄stīōe dubitat. Sic. n. scribit i primo sine controuersia ergo quedā originalis regio beatitudinis aī deus est. qui eum quidem non de se ip̄o genuit. sed de nulla re alia condidit sicut condidit corpus de terra. Nam quod attinet ad eius originem qua sit in corpore utrū de illo uno sit q̄ primū creatus quando factus est hō in animam uiuentem an similit̄er sicut singulis singule. nec tunc sciebam nec adhuc scio. hac Augustinus ad uerbū. Ex quo patet euidenter propter erroneam opinionem de anima predictam hereticum nullo modo posse dici origenem. Secunda propositio quam dico est hac. quod si uerū est quod Thomas i quolibetis dicit ut in septimo articulo defensionis Origenis patet latius. & bona dicit theologia nō obligari nos de necessitate salutis credere nō solum ecclesie doctoribz sicut Hieronimus sicut Augustinus & similes sed neq̄ ip̄i ecclesie nisi in his quæ ad substantiam fidei pertinent a diuixerimusq̄ ista ad substantiam fidei nihil pertinere utrum illarū heresim auctor fuerit Origenes. aut ali quis aliis mō hereses illas hereses esse. i. impia sitentur dogmata. Videtur seq q̄ nō teneatur hō fidelis & uere xp̄ianus de necessitate salutis i hac q̄stīōe potius Hieronimo etiam quod ad ipsum magis declinet ecclesia q̄ athanasio dydimio. Metho dio Ruffino. Cuius & fides etiam persecutiōis hereticorū tempore in sancta Alexandria ecclesia carcentibus & exiliis dicitur pbata imo ip̄ius met Origenis dictis credere eo maxime q̄ & in multis aliis quæ et ad fidei substantiā magis pertinet Hieronymū nō approbamus. Sicut i materia de ceremonialibus & sicut et Hieronimo pium est non credere ubi Ambrosii cōmentaria i lucam nugas uocat. & ipsum Ambrosiū nunc conuim nūc comiculū appellat. Et ubi eiusdem de spiritu sancto libz damnans dicit se de græcis bonis uisidisse latina nō bona. & ubi basilium magnum de supbia taxat & ubi in epistolis Augustini dicit se quedā heretica legisse uita forte. & in hoc q̄ potius uelut illa quæ Origenē demōstrat catholicū esse ficta & adulterata q̄ illa quæ eū comprobāt hereticū ei penitus nō adherere. nec impiū est nec fidei apparet p̄nissum ad quā uidetur potius cōfirmādā facere Origenis patrociniū & testimoniiū adimere hereticis q̄ ad infirmādā iusta illz qd̄ in Pamphili libro his uerbis scribitur. illud cōtemplari debuērant quantā uidendi materīā quā tam q̄ hereticis p̄beant : cō eos quos assertores xp̄iani dogmatis & defensores putāt cōsultari nūc uideant & reselli a propriis & uel ut ciuili bello gaudeant spugnatam quem ip̄i hostiliter spugnare nō poterant. Fuerunt autē & ex probatis doctoribus

Secūda ppō
Sāctus Tho
mas .

Hieronimus
cōtra Ambro
sium.
Magnus Ba
silius

ecclesie etiam Hieronimo posterioribus qui in hac fuerunt sententia q̄ hereses ille
 non fuerint de mente Origenis, sed ei falso ascripte ab hereticis. Vnde Aymo unus
 ex nobilibus & antiquis doctonibus ecclesie in libro de christianarum rerū memo-
 ria sic dicit. Ego sane de Origene uiro tam illustri abstinentissime uite & castissime
 predare doctrine puti & lucidi sermonis salua fide patrum dixerim q̄ hac oīo non
 scripsit sed ab hereticis ob predarum nomē eius obfuscandū maligne cōficta sūt
 & conscripta & nos suo prentulata. hac ille ad uerbū. hac dicta sunt de primo arti-
 culo examinando & inquirendo utrū fuerint hereticæ ille opiniones Origenis nec
 ne qua in te sicut in aliis omnibus ecclesie iudiciū alioq̄ omnī iudicio & ratiōibus
 semper antepono. Pro secundo articulo uidetur rōnabilis ideo excusandus Orige-
 nes q̄ si quid scripsit quod a catholicis nō acceptetur in illis scribendis, neq̄ dogma-
 tice neq̄ assertiue, sed dubitatiue semp̄ & inquisitiue p̄cedit, quare sicut licet i Au-
 gustini libris sup̄ genesim multa sint que nō acceptantur tamen p̄p̄terea excusan-
 tur a nobis q̄ ut ip̄emet dicit in libro retractationū plura in eo libro sunt quesita q̄
 inuenta, ita & multa esse possunt in libris Origenis reprobanda & damnanda que
 quia ip̄e nō determinando sed ingrendo dixit non propterea hereticus ē dicēdus
 quādo heresis assertum p̄p̄rie dicit dogma cōtra expressā uel scripturæ ueritatem
 uel ecclesie determinationē. q̄ aut̄ sic semp̄ locus sit Origenes ex multis patet lo-
 cis. Nam & post disputationē de aīa inquit, hac iuxta nostram s̄niam nō sūt dog-
 mata sed quesita tantū atq̄ proiecta ne penitus intractata uiderentur, & alibi lo-
 quens de resurrectione inq̄. Si hæc nō sūt cōtraria fidei & cætera, & infra triplex
 ergo suspicio nobis de sine iuggetur e quibus que uera & melior sit lectōr inq̄rat
 tum tres subiungit opiniones de resurrectione & in prefatione librorū in genesim in-
 q̄. Si profundū aliquid occurrit de hoc dicendū quidem ē sed nō tamen affirma-
 tive & infra, nos de rebus magnis que supra nos sūt ignorantiam nostri nō igno-
 ramus, & super ep̄stola ad romanos libro secundo, hac ea lege dicta sūt a nobis ut
 si q̄ melius & rōnabilius dixerint illa magis q̄ hæc n̄ra teneantur. Et libro. iiii. hac
 prout petuimus i locis tam arduis & tā difficilibus prolata, si quis forte ai nostri stu-
 diū cōsuleret amplecti poterit, si uero infirmitatē sensus nostri notare uelit ueniam
 petimus & ei qui melius de his disserere uel explanare potuerit lib̄ter cedimus &
 alibi. Probet aut̄ qui legit quid horū magis sensui cōueniat apostolico & illud tene-
 at, & libro quarto hæc interim nobis in silenti loco occurrere poterūt. Si q̄ aut̄ me-
 lius aliqd̄ senserit nō pigeat his obmissis illa respicere, & qd̄ plura legatur liber pe-
 riarthon, uidebimus illū hoc ordīe p̄cedere q̄ primo ponit illa que sibi expresse ui-
 debantur in scripturis eē determinata & i illis nahal aberat ab ecclesia. Alia dicit si-
 bi esse dubia & de illis uelle inq̄tere de omnibus asserens illam solū recipiendā eē
 ueritatē que in nullo apostolico & ecclesiasticis dogmatis aduersetur. Pro tertio ar-
 ticulo q̄ est quasi cōfirmatio secundi dico istā propositionē q̄ si sit aliquis habēs er-
 roneam opinionem de rebus fidei adhuc per ecclesiam nō determinatis modo i uo-
 luntate eius nulla sit macula sed firmum propositum de illis credere semper conso-

Aymonis uer-
 ba in testimo-
 niū origenis.

Pro secundo
 articulo.
 Augustinus.

Heresis pro-
 pre
 Nota
 Verba
 Origenis.

Liber periar-
 con.
 Pro tertio ar-
 ticulo.

Nota hęc p̄-
 positionem

ne scripturæ & ecclesie. ille nec peccat mortaliter nec hereticus proprie est dicendus.
Correlatium Ex qua propositione sequitur correlarie possibile esse q̄ opinari aliquam opinionē aliquo tempore sit peccatū mortale qđ nō erit alio tpe. & hoc ē quia pōt quis sine pertinacia credere aliqd uno tempore qđ alio tempore non crederet sine pertinacia utputa post determinationē ecclesie. aut sacre scripturæ dilucidationem. de opposito crediti attestatur sūta oīum doctoz̄ dicentū q̄ non proice error intellectus facit hominem hereticum sed oportet q̄ sit malitia & perversitas i uoluntate. Ideo dicebat Augustinus errare possum hereticus esse non possum. Cōfirmatur hoc ex determinatione uniuersalis ecclesie quæ multos canonizauit qui tamen usq̄ ad mortem perseuerauerūt i erroneis opiniōibus de fide. & deinde p̄ ecclesiā phereticis reprobatis quas opiniōes nūq̄ legitur ab illis fuisse retractatas. Tales fuerūt Papias episcopus hieropolitanus. Victorinus pictauiensis. Hirenus lugdunēsis Beatus Cyprianus & multi alii quos scimus errasse in fide & eorum opiniōes pro hereticis cōdēnatas. & tamē ipsi habētur in canone sanctoꝝ ex quo sequitur ut necessario dīcēdū sit q̄ uel illi ēt q̄ decesserint i illis opiniōibus erroneis i fide nō tamē decesserint i peccato mortali. uel q̄ ecclesia errauerit in eorū canonizatiōe qđ si dixerint ut etiā dixit quādam ex his qui me impugnabant. respondēs q̄ illi forte non errant bene canonizati iam nō ego sed ipsi sentiunt contra determinationē uniuersalis ecclesie. Ex hac autē p̄positiōe infero ad p̄positū Origenis sic q̄ dato ēt q̄ Origenes multas & plurimas habuerit opiniōes erroneas in fide hoc p̄cise si in uolūtate eius nulla fuit macula aliquo modo nō potest ēt argumētum q̄ aīa eius sit dānata. Ut sic arguatur aut quātūcūq̄ magnus error de quibuscūq̄ rebus fidei sit in intellectu alicuius modo in uolūtate nulla sit macula nō impedit salutē eius aut quātūcūq̄ paruus & de quacūq̄ re sit impedit aut aliq̄ impedit & aliquis nō impedit. si quātūcūq̄ magnus sit nō ipedit. ergo etiam q̄ Origenes & in multis errauerit & in principali oribus illa tamē si fuit uolūtatis eius bene disposita & nullo modo maculata nihil impediuit eius salutē. & ita qui uolūt cōuincere damnationem eius nō sufficit q̄ ostēdant errores eius & p̄seuerantiam in eis. Sed oportet q̄ ostēdant p̄seuerantiam. cum pertinacia aut negligētia uel alia malicia uolūtatis. si quātūcūq̄ paruus sufficit. ergo error de rebaptizatiōis hereticis debuit impedire salutē Cypriani & heretis illorū q̄ dicuntur chiliaſte debuit impedire salutē Papiæ q̄ fuit auctor illius heretis & cū illa decessit. & si sic ergo male ab ecclesia fuerunt canonizati. si aliquis ipedit & aliquis nō. dicitur oportet qui sūt illi errores qui ipediūt & qui nō. & ubi unq̄ inuenitur facta ista distinctio ab ecclesia ut uerbi gratia dicatur hīc errorē in his que pertinent ad talē uel talē articulū ēt si sit p̄cise debilitas & defectus intellectus & nō sit aliqua p̄uersitas nec negligētia. nec pertinacia nec quocūq̄ alia malicia in uoluntate est peccatū mortale. hīc autē errorē in his q̄ ad talē uel talē materiā p̄tinet nō ē peccatū mortale nisi sit i uolūtate defectus & si non inuepiatur scđ talis distinctio aut ab ecclesia aut a doctoribus nec uideatur fieri posse rōnabiliter apparet nō ualere dictū quorūsdā dicitū alia ē rōne de Cypriano & Papiæ & similibus & alia

Correlatium

Augustinus .
Confirmatio

Papias hieropolitanus episcopus.

Victorinus pictauiensis .
Hirenus lugdunensis .

Beatus Cyprianus .

Nota.

Chiliaſte heretici .

Obiectio.

de Origene q̄a Origenes errauit i p̄cipalibus. n̄a q̄ n̄cū q̄ magnus sit error nō s̄r
solū error in intellectu & i uolūtate nulla sit malicia nō uidet q̄ taliter errans peccet
mortaliter. qu app̄ cū talē maliciā in uolūtate Origenis nō legamus fuisse. dato q̄
ēt in p̄cipalibus fidei mis̄teris errauerit grauilissimo errore & merito p̄ ecclesiā
dānato nō p̄t cōuinci ipsū esse dānatū in se & in aīa sua. quod si q̄s dicat mul-
tos eē gradus p̄p̄ositionū credendā. p̄ter istum gradū p̄p̄ositionū. s̄. determinata-
rum per ecclesiā & q̄ etiā si nō sit pertinacia. si signum tamen est pertinaciē asse-
rere aliq̄ quosq̄ opposita tenetur asserēs explicita fide tenere. & credere & q̄ nō solū
culpabilis ē mortaliter error pp̄ p̄tinaciā sed ēt quādoq̄ culpatur pp̄ negligētiā in
quirēdi ueritatē q̄ negligētia nō est p̄tinacia s̄ltē pp̄ne dicta. uidetur ad hoc rōna
biliter posse respōden. Primo q̄ Origenes de negligētia inquirēdi in hoc ueritatē
culpari nō p̄t q̄a ut bene dicit Hieronymus in p̄scrutatione scripturarū dicitur su-
dauit & noctibus. Secūdo q̄ i nullo errauit Origenes qd̄ ip̄e tūc sic teneretur expli-
cita fide credere q̄ oppositū asserēs nō dogmance sed ut sibi p̄babilis uisum ē he-
reticus dici possit & hoc euidentur probō ex dicto quodā ipsius Hieronymi supra
allegato. Vbi enī Hieronymus dicit q̄ ēt si i Clementis apostolorū discipulū & alio
rū taliū fuerit aliqua uiciosa. nō tam p̄pterea istos statim hereticos iudicaret.
Subiūgit quādruplicē cāsm. Primo q̄ poterūt libri esse corrupti. Secūdo q̄ alio sen-
su scripserūt. Tertio q̄ simpliciter errauerint. Quarto q̄ minus caute locuti sint. i
q̄bus uerbis debemus aduertere q̄ dato q̄ liber clemētis i quo dicit filiū dei esse cre-
aturā nō sit deperuatus. & dato q̄ auctor aliū sensum nō intenderit adhuc statim
Clemēs nō est iudicandus hereticus. q̄a potuit simpliciter errasse. Quid ē ergo sim-
pliciter errasse nisi errasse ex intellectu defectu & erroneo rōnis iudicio & non ex
malicia uel puerilitate uolūtatis q̄ si in illa heresi q̄ filius sit creatura que ē maxia
etiā q̄ obiciatur Origēni potest quis simpliciter errare q̄a nō s̄t de ipsa adhuc alia
ecclesie determinatio uel per maiorem scripturarum dilucidationem certior uerifi-
catio in qua hoc demū fieri non poterit & si tunc illud Clemens non tenebatur sub
pena peccati mortalis explicita fide credere quid possumus dicere obligatum fuisse
Origēnem credere explicitē de his in quibus dicitur errasse. Notandum est autem
q̄ quia heresis esse potest & in uerbis male & inordinate prolatis ut dicit Aug. & i
sensu. Ideo dans Hieronymus modum excusandī qui in utroq̄ errauerit coniun-
ctim uel diuisim ex solo intellectu & non uoluntatis defectu dicit uel minus cau-
te locutum fuisse & hoc si in uerbis appareat heresis uel simpliciter errasse & hoc si
sensus hereticus sit a simplici & recta uoluntate sed a debili & errante intellectu p̄-
latus & bene notanda & pensanda sunt illa uerba Hieronymi. quia in eis uidet
sanum de heretica pertinacia dogma recte fundatur. Pro quarto articulo quidam
dicentes. Origēnem penituisse allegat pl̄ctū Origēnis. sed iste liber apocriphus re-
putatur ut h̄i in decretis. xv. di. Ego autem testimonium allego ipsius Hieronymi
q̄ pro apocripho h̄i nō p̄t q̄ expresse Origēnē de erroribus suis penituisse testat̄
q̄ nō ideo assero q̄a hoc sit necessariū rōnabiliter ad credendā Origēnis salutem

Prima respō/
sio obiectiōis
Secunda.

Nota.
Augustinus.
Hieronymus

Pro quarto
articulo.
Liber apoc-
riphus.
Hieronymus

ut patebit in sequenti articulo. sed quia isti magistri nunq̄ clamare desierunt ostēdo tibi Origenem errasse. ostendas tu mihi eum penitusse nunq̄ hoc ostendes nūq̄ inuenies scriptum Origenem penitusse de his que scripsit. Audiant ergo reuerēdi patres Hieronymum ipsum cuius auctoritate Origenem fulminant in apologia sua ad Pamachium & Oceanum in qua se ostendit doctrinam Origenis nō dogmata scriptam. Postq̄ Origenis recitauit errores hec uerba subiungentem ipse Origenes in epistola quam scribit ad Fabianum Romane urbis episcopum penitentiam agit cur talia scripsit & causas temeritatis in Ambro. refert q̄ secreto edita in publicum protulerit. Hec Hieronymus ad uerbum. Quid datus quid expressius. quo modo iam aut qua fronte dicere possunt nūq̄ inueniri q̄ Origenes penituit. Dicam autem & quia incurrit quid mali his diebus cum duobus ex his qui hanc conclusionem damnabant in simili proposito contigent. Cum enim ego ut Origenem de pertinacia defenderem cuidam multū insistenti determinatū ab ecclesia Origenem pro pertinacia in aīa dānatum. dicerē ex grecis haberi historis Origenis dogmata post mortē eius post multos annos fuisse dānata remittē meq̄ illū si libros domi non habebat ad Episcopū Tragurientem uirum non minus doctrina & moribus q̄ sua dignitate prestantem apud quem ego grecam librum uiderā i quo de concilio multa erant aggregata dixit ille bonus pater quid me ad grecos remittis quem scis grecas litteras penitus ignorare. petamus inquit latinas. nonne habemus fasciculum temporum qui de his rebus elegantissime tractat. afferatur dixi ego iste fasciculus q̄q̄ subiunxit. Si mihi quasi hoc fasciculo supposito ignem ut heretico patres abigam ego procius & tuum fasciculum in malam crucem. neq̄ enim illi ulla fides. excauit ille ac si trinitatem blasphemasset ne excaudētas inq̄. afferatur fasciculus. nec me quasi solutus fasces is uelis cedere. allatus est & in de eo Origenes hec legimus Origenes doctor egregius ac sanctitate uite incomparabilis clarissimus in ecclesia dei & post pauca in fine dicit Grandis labyrinthus a diuersis textitur de Sansone. Salomone traiano & isto Origene an uidelicet saluati sint an nō que sine piculo nesciuntur nec ēt ecclesia certificata est de his domino totaliter committenda sunt. hec bonus fasciculus. Quibus lectis cum audisset ille de damnatione Origenis non esse certificatam ecclesiam mirum ut expalluit & apud quem probatissimorum fasces nihil poterant potuit tantum iste fasciculus ut sententiam illico cōmutarit. Sequenti die compellans me acrius quidam alius manu satis grandem gestans librum. Quomodo inquit aut qua omnino uia audes tu ab eterno ignis supplicio Origenem defendere ecce ego tibi ostendam cui non poteris testimonio contradicere qui dicit Origenem non posse defendi. Producas dixi ego uenerabilis homo. si habes tuos testes. tum inquit ille. hic est testis quidam magnus & nomen subiunxit. ego uero nomen uolo subnecere. Cuius hi sunt sermones & p̄dicationes. tunc ego quos mihi affers sermones quas nugas. nugas ille respondit iam excaudēscens totus. nugas inquam in quibus etiam in ista materia si de ea habet sermonem (absit enim ut ego lumalia unq̄ legerim) nisi expressissimus aliquis in

Fabianus papa.
Ambrosius.

Nota factiā

Episcopus tragurientis.

Nota aliam.

ueniatur error. Iam uolo tecum Origenis caput Leionis rota perfringere. Impaciens & iam ille & boli exestuans aperit librum & legere incipit furens uoce altissima. Feria quarta sermo. xi. de origenis. tum in persequutione eorum que scripta erant ad singula uerba exclamabat. Hæcne error. & ecce dum sic ad Stentoris inuidiam uociferatur hoc legit in libro scripta deniq; Hieronymus sex milia librorum Origenis legisse se fatetur. & dum statim perlecto hoc iterū clamat hæcne error. hæc inq; error. & quidem magnus. hic apertum mendacium hic fallitas expressa & ut compeferem illico hominem iubeo afferri epistolas Hieronymi. & statim accurris ad secundum librum inuectiuum contra Ruffinum. ostendo ei Hieronymum Ruffino dicenti Epiphanium Papam iactare se legisse sex milia librorum Origenis his uerbis respondentem. De sex milibus autem libris quos ab eo lectos esse congingis quis crederet aut te uerū dicere aut illū potuisse mentiri. Si enim Origenes sex milia scripseret libros poterat fieri ut uir eruditus & ab infantia sacris litteris instructus pro cunctis & scientia legisset aliena. Quod uero ille non scripsit quomodo legere potuit. numerā indicem librorum eius. qui in tertio uolumine Eusebii in quo scripsit uitam Pamphili continentur & non dico sex milia sed tertiam partem non repeties. hæc ad uerbum Hieronymus. Erubuit ille & talia fuit res mea. Sed rediamus iam ad propositum concludendo uel cum Ruffino & aliis quos supra i primo articulo recitauimus debemus concedere Origenem nunq; peccasse. uel si cum Hieronymo ipsum peccasse omnino contendimus sciamus & cum ipso nobis concedendum Origenem peccati sui proprio ad Romanum episcopum libello dato penituisse. Ego autem postq; mecum diligenter perpendi & examinaui ea precipue que ab Eusebio & Ruffino & Hieronymo de Origene dicuntur coniecto Origenem dñi in preferuatione scripturarum elaborantem. de multis arduis & principalibus theologie questionibus ambiguum fuisse cum non certe & indubitate sibi ipse uideretur de illis ex scripturarum testimonio posse aliquid asserere. & propter hoc de multis fidei mysteriis forte multa dixisse inquirendo & disputando ut prioribus sue etatis annis que catholica fides nō reciperet. propterea Origenem qui ut ipse dicit suam ignorantiam non ignorabat & ueritatem illarū questionum se non dum consequutum plane cognoscebat ante sue etatis. lx. annum nūq; a notariis excipi publice uoluisse. que in ecclesiis predicabat ut refert Eusebius. Aduertamus ergo q; Eusebius. xxvi. capite. vi. libri ecclesiastice historie scribit Origenem tertio anno Impeti Philippi imperatoris. & sub Fabiano pōtifice. cum iam ipse. lx. annum ageret cepisse dicta sua etiam litteris publice committere. Et aduertamus q; supra xvii. capite dicit q; sub Urbano pontifice cui successit Pontianus. iam ante tempora Fabiani Origenes cōscribendi cōmentarios in scripturas sanctas iniucium sumit cōpellente se Ambrosio. & multa ui precū obsecrationūq; cogite. Qui inquit Eusebius maxime dignus uidebatur. cui istud ipenderetur officū. & cui quæquid archæ. nam & absconditum in sacris litteris reatum est panderetur. Ex quibus duobus locis Eusebii in quibus apparet quasi contradictio colligitur euidenter. quod uirgen

Epiphanius
Papa

Epilogus.

Historia ec-
clesiastica cu
Eusebii.

te Ambrosio dictauerit quod edidit in prioribus annis anteq̄ ueri adhuc aliquid cōpēssēt ipsi t̄m Ambrosio priuatum cōmunicāda. & nō s̄ publicū edenda. ut que bene tuta & ueritati apostolice cōsona nō cognoscebat Ambrosius autē illa secreto edita s̄ publicum protulit. Comperita deinde p̄ Origenē iam sexagenariū catholica ueritate cepit iam audacter. q̄a & catholice publice scribere. & ea que ad priuatū Ambrosii usum scripserat iam per illū edita fuisse uehemēter indoluit ad que sui purgationē ut ex uerbis Hieronymi & Eusebii cōiecto rei totius seriem Fabiano Romano ep̄o scribens de sua catholica fide testimonium perhibuit narrans. s̄. que antea ab eo in ueniuntur scripta se nō scripsisse ut ederentur. de quibus & ipse dubius erat catholice ne eēt an nō catholica. Sed Ambrosiū illa edidisse. hoc ē. n. qd̄ dicit Hiero. ipse Origenes s̄ ep̄istolā quā scribit ad Fabianū Ro. urbis ep̄m penitentiā agit cur talia scripserit & causas temeritatis s̄ Ambrosiū refert q̄ secreto edita in publicū proceulerit. Eusebius autem narrans que scripserit post. lx. annum postq̄ liberum cōtra celsum. & libros. xxy. cōmentariorum in Matheum et. xx. i prophetas cōnumerauit. subiungit. scripsit & ad Fabianū Romanę urbis ep̄iscopum. & ad alios q̄ plurimos ecclesiarum principes de catholica fide sua hec ille. Sit ergo uerum q̄ ante sexagesimum annum fuerit de multis fidei misteris dubius Origenes. Et sit uerū q̄ secreto in scriptis multa cōmunicauerit Ambrosio que tunc nō firmiter adherendo sed dubitauerit inquirendo opinabatur nunc a catholicis non recipienda. & ita uerum dicat Hieronymus. q̄ que in multis Origenis libris inueniuntur etiam non catholica Origenis sint. quia uere ab ipso fuerunt dictata. licet non ut credita. & ut questiota potius q̄ inuenta. & consequenter Origeni cui catholica fuit postea ueritas comperita culpabiliter non adscribenda in quibus & multa ab hereticis fuisse adinuenta iuxta Rufinum. Pro uero etiam accipere possumus maximē de hoc ipso conuenerente Origene dum uiuebat. Sit ergo uerum iuxta Eusebium in ecclesiastica historia a Hieronymo tanq̄ uera approbata Origenem non habere pro suis operibus. s̄. in quibus diffinitue aliquid & adhesiue dicat nisi que post sexagesimum annum scripsit. Sitq̄ uerum etiam secundum Hieronymum de prius scriptis temere ab Ambrosio editis ipsum penituisse & consequenter catholicum mortuum eē. ut nosi solum secundum Rufinum Pamphilum & Eusebium. sed etiam secundum Hieronymum rationabilius sit credere ipsum esse saluum q̄ credere ipsum eē damnatum. Pro quinto articulo dico hanc propositionem quantumcunq̄ aliquis grauius in uita mortaliter peccet & constet ipsum mortaliter peccasse. nisi constet de eius finali impenitentia temerarium est uere asserere ipsum esse damnatum. patet ueritas huius propositionis ex communi sententia omnium doctorum in dicta propositione consentientium. Ex qua propositione infero duas propositiones correlatas. Prima est hec. Non propterea quia aliquis in uita mortaliter peccauerit & nobis non constet q̄ non penituerit iudicandum est firmiter a nobis esse illum in inferno. patet quia posito peccato mortali tantum non ponitur totum illud ad quod sequitur damnatio eterna. Sed oportet ultra peccatum ponere & censurari

Hieronymus

Pro quinto articulo.

Prima ppō.

Prima ppōtio correlaria

de finali impenitentia. Nec ego q̄ nego firmiter esse credēdū illū esse i inferno. habeo ostēdere tibi penitentiā illius. Sed tu q̄ afferis illū eē damnatū habes certificare de penitentiā & p̄ hoc multū facit dictū Henrici de assua q̄ i expositione. iiii. c. libri genesis dicit hec uerba formalia. Si ergo argumētū quorundā esset efficax quo alii quē dānatū esse sicut de Salamone p̄uadent p̄ hoc q̄ scriptura eius peccatū cōme morat & nullā de iusticia aut penitentiā eius mentionē facit. tūc ita primū hominē ex peccato suo dānatam cōuinceretur sicut primū angelū hec Henricus. Nullū. n. habetur mentio de penitentiā. Adā sed solum de peccato. Similiter iudicū. viii. legitur de peccato Gedeon & nō de penitentiā. & tamē a doct̄onibus bene creditur de eius salute dicere & tu potes q̄ per hoc etiam argumētum quidam decepti erronee dicebāt q̄ Moyses erat damnatus quia legebatur peccatū eius in aquis cōtradictio nis & de eius penitentiā nihil habebatur expressum. & tamē dicit deus Iosue. Moyses seruus meus mortuus est. Secunda propositio correlata est hec nemo potest eē certus q̄ aliquis sit damnatus ad infernum nisi hoc habeat ex speciali reuelatione dei uel ab his quibus creditur deus reuelasse. patet ueritas huius ex premissis pro positionibus quia nemo potest esse certus de finali penitentiā uel de impenitentia nisi ille qui nouit secreta cordis & cui ille uoluit reuelare. cum enim nullus de sta tu alicuius ita sit certus sicut ipsemet de se quia que sunt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. ut dicitur ad cor. ii. & de se ipso homo non potest eē certus utrum sit dignus odio uel amore ut dicitur ecclesiastes. ix. quanto magis non poterit esse certus de alio nisi de hoc habeat specialem reuelatiōem. Ex hac au tem propositione principali cum suis correlatis infero ad propositum mee conclu sionis q̄ dato etiam q̄ Origenes in illis erroribus errando peccauit mortaliter ta men cum incerti sumus de eius finali impenitentia uel penitentiā asserere ipsum esse damnatum temerarium est omnino iudicium & reuocandum. Cum ergo nec de damnatione esse certi. nec de damnatione. piūm est tamen & ualde rationa bile credere ut dixi ego q̄ deus eum saluaerit hominem talis ac tante scientie. de quo Hieronymus in prefatione cantici canticorum. cum in ceteris omnes alios su perauerit in hoc seipsum superauerit & de ipso illud uerificatur. Introduxit me rex in cubiculum suum & alibi imitari uolens ex parte Origenem. quem post apostolos ecclesiarum magistrum nemo nisi imperitus negat. & alibi Origenes tanto scriptu raturum labore sudauit ut iuste adamantū nomen acceperit. & post quedam hec sub iungit. Quis unq̄ tanta legere potest quanta ipse concipiat & pro hoc sudore qd accepit premiū damnatur a Demetrio episcopo exceptis Palestine & arabie & pho nicis atq̄ achæie sacerdotibus in damnationē eius. Consentit urbs Roma ipsa cō tra hūc senatū cogit non propter dogmatum nouitatem non propter heresum ut nunc aduersus eum rabidi canes falso simulant. Sed quia gloriam eloquentie eius & scientie ferre non poterat hoc quare scripserim & ad pauperis lucerne ignicu lum cito sed non cauto sermone dictauerim potestis intelligere si Epicuros & Ari stippus cogitetis. hec Hieronymus ad uerbum. Quæ uerba singula queso o

Henricus de
assua.

Secōda p̄po
positio corre
lata.

Hieronymi
uerba.

Origenes
Adamantius

ingeniose lector diligenter attende & ex eis ea per te intelligas que ego non exprimo. In prefatione autem hebraicarum questionum de eodem loquens Origene sic inquit hoc unum dico quod uellem cum iudicia nostris eius habere etiam sciam scripturarii. floccipè dēs imagines umbrasq; laruar; quarū nature eē dici terrene puulos & i angulis garrire tenebrosis. Pretereo q̄ de eodē Hieronymus fīdicat q; auariciā calcauit q; caltrauit se zelo dei licet nō secūdū sciam q; i explanatiōe scripture dicitur iudauit & noctibus quas q; dilucidat uita eterna habebūt. ut inquit sapiēs. & ut scribitur ad Vigilantium prophetarum obscura differuit. & tam noui q̄ ueteris testamenti reuelauit maxima sacramēta. Pretereo q; nō solum martiris fuit filius. sed et ipse parum a martirii merito absuit. Nam dicit Eusebius q; & ad hoc puerulus i tātum anxiorem capellendi martiri exarserat ut sponte se periculis ingereret & tēpore deinde Deciane persequutionis nouas cruces. noua penarū genera ac seculis omnibus inaudita tormēta pertulit ita ut mille mortibus inquit Eusebius ueratus sit ne tātum una ei quam exoptabat accideret persecutore summo studio hoc agente ut nec interitus prestaretur nec pena cessaret. Videte q̄ parū absit a laude martiri quam plurimi eius discipuli ipso duce & cohortatore sunt consequuti. parum dico iterum profecto absuit a laude martiri. immo meritum quasi equale meritis est.

Nota.

Deciana persequutio.

Augustinus.

Nam dicit & Aug. in libro de bono cōiugali nō est impar meritum martiri in Ioanne qui passus non est. & in Petro qui passus est. Nota bene hec uerba August. unde licet Ioannes licet nō trāsiret per gladium tamen paratus fuit sublinere martiriū. quando fuit missus i seruētis olei dolium. Ita & Origenes licet mortem martiri nō subierit paratus tamē fuit. immo auidissimus illam subire. & tēpore passus est tormēta ut dicit Eusebius ut mille mortes pro una subierit. & hoc est quod dicit Bernardus i sermone sanctorum martirum q; est triplex martiriū. martiriū uolūtatis tm̄. martiriū operis tm̄. martiriū opis & uolūtatis. Martiriū uolūtatis tm̄ passus ē Iohannes euāgelista. cui dictū ē & germano eius. M. xx. calicē meū bibetis unde Cyprianus i seruētis dei apud quos cogitatur martiriū & nocte cōcipitur animus ad bonū deditus iudice deo coronatur. Aliud ē enī martiriū deesse aīo aliud aīum deesse martirio. Si ergo martirio Origenis animus nunq̄ defuit & mille mortes pro una subierit quōa iudice deo coronatū nō credamus si nō mētūtur martir Cyprianus. et si dānatus ē q; q̄so ad gehenne mortē eū dānauit. An xps Iesus p̄ quo toties ipse mori uoluit. Quin peccius licet dicit de ipso Cypriano Aug. q; sanguis martiri i eo omnē hereseos maculā abluuit. Ita & de Origene effusum ab eo nō tam supra terrā extrinsecus q; super zelo dei & caritate ardentem celestem aīam suam intrinsecus martiriū sanguinē oēm hereseos maculā abluuisse p̄crepamus dicentes cū Dauid. Beatus Origenes q; & si aliquādo i cōsilio erraticum abiit in uia tamen peccatorum p̄ penitentia nō stetit & in cathedra pestilentie p̄ penitentiā nunq̄ sedit sed in lege domini fuit uoluntas eius. & in lege eius meditatus ē die ac nocte. Beatus Origenes cui remisse sunt iniquitates per baptismum & eius testis fuit peccata p̄ penitentiā & cui nō imputauit dominus peccatū propter martiriū. deniq; talem ac tantum

Bernardus.
Triplex martiriū.
Cyprianus.

Augustinus.

uirum enim si aliquando ex ingenii defectu & non ex aliqua uoluntatis malicia i
 fidei misteris errauerit credamus a domino i suis nouissimis no fuisse derelictum.
 sed potius uisitacione sue clementissime misericordie & de secretis fidei si in aliqui
 bus errabar illuminatum ab erronea ad salutarem uiam reuocatum fuisse. & hoc ego
 itellexi i breui responsioe mea cum alias dixi. ex quo no inuenitur fuisse pertinax ue
 ritimile est credere q deus eum saluauerit. i. uisitudo eum uisitacioe quam dixi in
 statu salutis digno clementissime collocarit et de secretis fidei i quibus errabat ipm
 illuminans ad salutarem de illis penitentiam aduocauerit quod utrum fuerit an no
 fuerit scire certitudinaliter nemo potest nisi fuerit ei desuper reuelatu. Sed ita fuisse
 potius q no fuisse credere conseruanti acta & uitam Origenis magis colorem ui
 dotur & sic rationabilius. Nam & rationabiliter in dubiis laudabiliori parti sem
 per est adherendum. & hec sint dicta ut que ualere possint quando de ipsa Orige
 nis penitentia no constaret de qua tamen constare ex beatissimi Hieronymi testimo
 nio supra i precedebus apertissime ostendimus. Pro sexto articulo dico q no uide
 tur credendum q ecclesia unq determinauerit a sam Origenis ad iheros esse damna
 tam. Veritate huius propositionis proba duabus rationibus. Prima ratio est hec de
 illo cuius altera uel altera pars determinari certitudinaliter nisi temerarie no pot.
 No debet credi facta ee determinatione ab ecclesia. Sed de hoc qsto utru Orige
 nes saluus sit an danatus determinari altera pars nisi temere no pot salte absq re
 uelacioe speciali dei. ergo cu de tali reuelacioe no constet no debet credi de hoc facta
 esse ab ecclesia determinatione. maior e nota & oppositu eius esset iniuriosum ec
 clesie credere. i. q aliqd ab ea possit i consulte & temere iudicari. Minor patet ex fu
 pradictis articulis. Confirmatur qa certificari no poterat ecclesia de danacioe Orige
 nis nisi p speciale reuelacione de eo facta. sed de tali reuelacioe q fuerit facta nulq
 habetur mencio ergo &c. Secunda ro e hec qa si qd e qd p uadeat ecclesiam determi
 nasse de danacioe Origenis snt qd d textus decretor q hoc uidentur sonare grosso
 modo interpretibus. q tamen cu recte examinatur contra eos potius q p ipis la
 ciunt. Snt aut textus quos afferit sermo ista. Primo q di. xy. c. sancta Ro. ecclesia. si
 cut scribit p Gelasii papae. It e Origenis no nulla opuscula que uir beatus Hiero.
 no repudiat legeda suscipimus. reliqua aut oia cu auctore suo dicimus ee reuocada
 & xxiii. q. iii. c. sane. It e si ad tepora theophili sancte memorie uel superius aliqs
 recurrent & Origenem inueniet post morte anathematizatu quod etia i eo legit & ue
 stra sanctitas. & Iulius religiosissimus antiquoris Rome & glo. ibi. Cu ille danatus
 fuerit none & eius scripta unq extra. de hereticis. c. fraternitatis ibi aut sic scribit.
 Cu Celestinus atq pelagius i ephesina synodo sint danati quomodo poterit illoru
 capitula recipi quos danatur auctores. Ex istis au ehoritatibus credit aliq couinci
 danacione anime Origenis ad iheros. Ego aut dico nihil plus haberi p premissa ni
 si q ecclesia & opiniones & dogmata Origeni attributa ut heretica damnat & ip
 sum sic ut dogmatizantem damnat & detestatur de damnatione anime eius aut
 salute nihil penitus inten dens. & q hoc sit uerum patet multis rationibus. Primo

Pro sexto ar
 ticulo.

Prima ro.

Confirmatio

Secunda ro.

Ephesina sy
 nodus.

Primo. quia ad ecclesiam non pertinet damnare animas hominum aut saluare. quia ad il-
 lum attinet solummodo qui iudex est uiuorum & mortuorum quare ridiculum e-
 st si in decretis legitur. **Dammamus Origenem** exponere. i. animam eius damnamus
 damnatione infernali. Et pater etiam euidenter ex modo loquendi ipsius **Gelasii** q
 dicit reliqua opuscula eius cum auctore suo dicimus reuocanda. hoc enim uerbum
 tenere nullo modo importare potest id quod ipsi intendunt. sed nihil aliud inten-
 dit Papa nisi hoc quod. i. non acceptantur opuscula eius ut autentica in ecclesia.
 nec ipse similiter ut probatus doctor & cuius dictis sit credendum in ecclesia reci-
 pitur. Quod si etiam Papa non solum dixisset reuocamus sed etiam damnamus ni-
 hil esset pro eis quia sic etiam solemus dicere in hoc **Scotus** damnat **Thomam**. **Her-**
ueus Scotum. & sic de reliquis in quibus semper loquutionibus de damnatiōe do-
 ctrine & non anime ex ipso usitato & proprio loquendi modo debemus intelligere.
 Secundo arguo contra eos ex glossa quam ipsi allegant quae dicit si ipse damnatus
 nonne & eius scripta. Quero ergo ab illis si fiet hec consequentia. Ipse **Origenes** e-
 damnatus ergo & eius scripta damnata. quomodo in antecedente capitulū **ly** **dam-**
natus si sic capitur. i. in sua doctrina nō approbatus. & ut dogmatistes nō accepta-
 tus. habeo propositum. Si autem intelligatur damnatus in anima sua infernali dā-
 natione tunc nihil ualet consequentia. possibile enim est multos doctores quorum
 scripta catholica sunt & pro catholicis quotidie leguntur esse in inferno quia stat ali-
 quem in fide nihil errare sed recte sentire de omnibus articulis & tamen esse i alio
 peccato mortali & in illo decedere. & omnino impertinens est damnatio anime ad
 damnationem doctrine. quia illa attenditur penes maliciam uoluntatis. Illa autē
 penes defectum intellectus. Quare nec ualet iste e in paradiso ergo dicta eius sunt
 catholica. Nam & **Papias** est i paradiso & **Hireneus** & **Victorinus** & **Cyprianus**
 & multi alii quorum tamen dicta in multis que nunq̄ reuocasse leguntur ut here-
 tica reprobantur. Confirmo hoc ex dicto illo ad quem se refert glossa de hereticis ex
 tra. c. fraternitatis. ubi dicitur si **Celestinus** atq; **pelagius** in ephesina synodo sunt
 damnati quomodo poterant illa capitula recipi quorum damnantur auctores.
 Certum est autem q; in illa synodo **Celestinus** & **pelagius** non fuerunt damnati in
 se. i. in anima sua sed in sua doctrina. tum quia aliter ut dictum est supra damna-
 te homines ecclesia nec consueuit nec potest. tum quia de eo debemus intelligere sen-
 tentiatum de quo prius est questum & disputatum. Sed in illa synodo ut ex actis
 concilii patet non fuit questio utrum anime **Celestini** & **pelagii** esset i paradiso uel
 in inferno. Sed an dicta eorum & dogmata essent catholica an nō catholica. Qua-
 re & de hoc. i. de eorum dogmatum ueritate & de auctorum ipsorum ut sit dogma-
 tizantium approbatione uel reprobatione debemus intelligere sententiatum. **Ter-**
tio stultum est dicere q; ecclesia determinauerit **Origenis** animam esse damnatam
 quia non sicut consueuit ecclesia canonizare aliquos ita etiam consueuit dānare. i.
 sententialiter decernere q; sint in inferno. & ratio quare hoc consueuerit & non il-
 lud est quia ad decernendum q; aliquis sit saluus oportet nos certificari q; ille de-

cesserit in gratia cuius rei iudicia licet tamen non certa habere possumus non ex his que egit in uita quia illa non sufficiunt ex quo dum est in uita semper merendi & demerendi est locus & mutandi se de uno proposito ad aliud . Sed habemus signa post mortem ut sunt miracula uel aliquid simile. Tale autem aliquid signum ex quo damnationem alicuius cōuincamus post mortem alicuius habere q̄ possumus non est facile inuenire. immo sine dubio haberi aliud signum non potest nisi specialis de hoc reuelatio que si contingeret uel contigisset profecto sicut ecclesia cū aliquem canonizat de miraculis suis testatur & de aliis propter que mota est ad canonizationem. Ita etiam cum aliquem damnaret specialis reuelationis de hoc facte mentionem faceret ne temere aut inconsulte sic uideretur decreuisse. Quod tamen de Origene nusq̄ narrat ecclesia. Debemus ergo intelligere damnatum Origenem ab ecclesia eo modo quo ex his q̄ de eo narrat & testatur uidetur uenisse dē mandus. Sed de eo nihil aliud narratur nisi q̄ errauerit in misteris fidei & ad hunc errorem non sequitur absoluta damnatio Origenis in se sed solum in scriptis & in doctrina sua ut patet ex precedentibus. & sic debemus ipsum iudicare damnatum ab ecclesia & non aliter. Postq̄ & pertinacem non fuisse eum contra ecclesie determinationem in illis opinionibus scimus quia concilia in quibus damnate fuerunt ille opiniones fuerunt multo post mortem Origenis ut patet ex historiis grecis & latinis. Et an ipenitens etiam illarum fuerit scire nullo modo possumus immo uel non scripsisse illa. uel si scripsit penituisse ex Hieronymo supra probauimus.

Pro septimo articulo dico istam propositionem q̄ non tenetur secundum doctrinā Sancti Thomæ quilibet fidelis de necessitate fidei credere illum esse in inferno quē ecclesia iudicat uitē & sententiauit esse in inferno. Veritas propositionis sic deductur quia tanta est fides adhibenda ecclesie in damnatione alicuius quanta est adhibenda in canonizatione sanctorum. Sed dicit Thomas ultimo articulo quodlibeti noni q̄ sanctos canonizatos ab ecclesia non tenemur de necessitate fidei credere esse in gloria sed solum de pietate fidei ergo & damnatos ab ecclesia non tenemur necessario credere esse in inferno. sed solum pie sic est credendum. Fundamentum autem Thomæ est quia in his t̄rum tenemur de necessitate salutis ecclesie credere que ad substantiam fidei pertinent. Quia in illis spiritus adueniens docet eam oēm ueritatē. Vtrum autem anima huius uel illius sit in inferno uel in paradiso nihil attinet ad substantiam fidei. sed tamen quia honor quem sanctis exhibemus quedam profectio fidei est qua sanctorum gloriam credimus. Ideo licet de necessitate salutis ad hoc non tenemur. Pie tamen sic est credendum. Ex hac propositione infero ad propositum mee conclusionis q̄ etiam si ecclesia determinasset Origenem esse damnatum adhuc de necessitate fidei catholice non tenemur assentire q̄ ita sit . Ex quo patet q̄ etiam si uerum esset quod ipsi contra me adducunt. q̄. s. ecclesia oppitū conclusionis mee determinasset adhuc male ab eis iudicatum fuisset q̄ conclusio mea heresim saperet. Videant ergo isti magistri q̄ non recte adhuc si etiam sint uera que ipsi contra me adducunt est determinatum ab eis cōtra meam cōclusionē &

Pro septimo articulo.
S. Thomas

caueant ne noua credenda fidei bus pro sua auctoritate instituât & ea esse de fide determinent. Audiantq; illam prohibitionem domini deutronomi quarto. Nô ad deis ad uerbum quod ego loquor uobis. quod dictum nô solum damnat istos q auctoritate sua noua credenda prioribus superaddant. sed quia etiam catholicam ueritatem pro heretica resellunt .

QUESTIO OCTAUA DE LIBERTATE CREDENDI.

Sicut nullus precise sic opinatur quia uult sic opinari . Ita nullus credit sic esse uerum precise quia uult sic credere .

f

Ex hac cõclusionem correlarie in seio istam. Nô est in libera potestate hominis credere articulum fidei esse uerum quâdo sibi placet & credere eam nô esse uerum quâdo sibi placet. Iudicauerit isti magistri

q; propositio cum suo correlario esset erronea & heresim sapiens . Ego autem reputo cõclusionem principalem esse non solum catholicam sed uentusâ & longe uerriorem sua opposita. Et idem dico de correlario sane intellecto. cuius sensus si fecerim dum mentem meam accipitur nô est aliter accipiendus q̄ ut sequitur ex principali cõclusionem. cuius ponitur esse correlarium.

Probatio cõclusionis p pti ma eius pte Aristoteles.

Quod autem conclusio nô solum sit catholica sed etiam sit uerissima. Pater. nam pro prima eius parte que est q; nullus opinatur aliquid sic esse precise quia uult sic opinari est Aristoteles secundo de anima textu cõmentarij. ubi Aristoteles ponit differentiam inter imaginationem & opinionem. & hec Aristotelis sententia non solum non est reprobata sed immo ab omnibus nostris theologis unanimiter approbata .

Probatio pro secunda.

Augustinus.

Secunda autem pars conclusionis que est q; nullus credit aliquid esse precise uerû. quia uult credere id esse uerum est Augustini in pluribus locis qui hoc sepius dicit q; non potest aliquis credere ex libero arbitrio. i. ex mero impetu uoluntatis sine rationis persuasione aut motiui. &

totam cõclusionem meam in qua summarie tenetur ista opinio q; proposita aliqua propositione dubia ad hoc q; aliquis eam credat uel discreder non sufficit mera apprehensio terminorum & merum imperium uoluntatis. Tenet Petrus de aliaco. Henricus octa. & Henricus de alia .

Petrus de aliaco.

Henricus octa

Henricus de alia.

Vniuersitas parisiensis.

Declaratio correlarie p positionis .

Et quando ego sui Parisius tenebar sere tota uniuersitas Parisiensis. cum pluresq; etiam catholici doctores ita habent pro uera ut suam oppositam habeant pro impossibili. immo ego adhuc non legi doctorem contradicentem huic opõnioni .

Correlaria autem propositio non aliter est intelligenda & accipienda q̄ cum restrictione uel determinatione posita in antecedente. sic uidelicet q; non est in libera potestate uoluntatis credere articulum fidei esse uerum quâdocumq; placet & credere eam esse falsum quâdo placet. Ita q; non precise ex eo q; uoluntati placet ut intellectus credat ipse credit nec talis intellectus unius propositionis per alia ei concatenatam est inuicatus. immo in scriptura sacra sepe sumitur intellectus littere per precedentia uel sequentia quod maxime in casu

nostro debet fieri quia ego hoc dictum non est in potestate nostra &c. Non pono tñ
 q̄ dictum per se & conclusionem sapatam sed pono tanq̄ correlariam ex preceden-
 ti. Quod si non placet eis accipere intellectum presentis correlarie ex sua principali
 cui ipsa annectitur & concatenatur attendant q̄ dupliciter dicitur aliquid esse in li-
 bertate uel in libera potestate uoluntatis. Vno modo quia posita apprehensione in
 intellectu. nullo alio actu intellectus requisito in potestate imperatiua uoluntatis
 sic ponere actum illum & sic negatur in hac conclusione q̄ actus credendi in libera
 est potestate hominis. nec oportet omnē actum precepti aut meritorium uel de-
 meritorium taliter esse in potestate hominis. ad credendum enim non sufficit ap-
 prehensio terminorum articulū. sed ultra requiritur persuasio aut aliqua ratio pro-
 babilis ut allegatum est ex Augustino. Alio modo aliquid dicitur esse in libera pote-
 state uoluntatis quia omnibus aliis positis que requiruntur ad hoc q̄ ille actus sit
 potest uoluntas alium ponere in esse & non ponere. nec ad istum actum necessita-
 tur uoluntas etiam quibuslibet aliis positis & hoc modo actus credendi articulū
 est in libera potestate uoluntatis iste est intellectus correlarie propositionis. & ex di-
 ctis potest qualibet qui habet intellectum cognoscere q̄ non bene isti magistri ab-
 solute dixerunt illam esse erroneam & heresim sapere. Quod autem probabilis ra-
 tionabilisq̄ sit opinio illorum doctorum quos ego sequor qui. l. dicunt ad causan-
 dum assensum fidei non sufficit sola apprehensio terminorum cum mero imperio
 uoluntatis potest euidenter patere non solum auctoritate Augustini multis ut dixi
 hoc in locis affirmantis. sed etiam efficacissimis rationibus. Ex primo arguitur sic.
 Non est in libera potestate hominis opinari sic uel sic esse cum uult. ergo non est
 in libera potestate hominis credere sic uel sic esse cū uult. Patet cōsequētia. Quia
 si de quo magis uideatur inesse & non inesse ergo &c. Sed minus est adherere alicui
 cum formidine ad oppositum q̄ sine formidine. ergo antecedens est expressum ab
 Aristotele in secundo de anima textu commentū. diu. & patet per experientiam.
 quia quilibet in se experitur q̄ oblata ei propositione dubia si est ei mere dubia ad
 neutram partem opinandam per assensum inclinatur donec ei noua superuenierit
 apparenna uel per logicam rationem uel per intuitiuam noticiam. uel per testi-
 monium multorum. uel per auctoritatem dicentis uel aliud simile. Secundo sic ar-
 guitur nō est in potestate hominis libera facere apparere aliquid suo intellectui eē
 uerum & facere apparere non esse uerum. ergo non est in potestate hominis sic uel
 sic credere esse uel non esse uerum. Tener consequētia quia est contradictio ali-
 quem credere aliquid & assentiri illi & illud ei non apparere esse uerum. Assum-
 ptum probatur quia hoc uel hoc apparere tale uel tale intellectui est hoc uel hoc
 taliter uel taliter representari intellectui & hoc nō potest dependere ex imperio uo-
 luntatis quia hoc precedit actum uoluntatis. Confirmatur quia hoc apparere tale
 intellectui est quia obiectum quod representatur est tale & euidentia uel aliud q̄
 quid sit illud quod id facit credibile uel non credibile est tale & intellectus est talis.
 Sed facere obiectum esse tale uel intellectum esse talem non est in arbitrio uolun-

Dupliciter ali-
 quod dicitur esse in li-
 bertate uel in
 libera pote-
 state uolunta-
 tis.

Primo.
 Secundo.

Augustinus.
 Arguitur pri-
 mo.

Aristoteles.

Secundo.

Confirmatur

Tertio.

tatis. ergo rem talem uel talem apparere intellectui non est in imperio uoluntatis. Tertio sic arguitur. Quotiescūq; est aliqua potentia mere neutra & indifferens ad duos actus secundos oppositos non potest exire in aliquem illorum nisi determine tur prius per aliquid quod sit actus primus. uel se habeat loco actus primi respectu alterius illorum actuum secundorum. Sed ita est q̄ intellectus est potentia mere neutra & indifferens ad specificationem alicuius actus sui secundi. Ergo ad nul lam talem specificationem poterit determinari nisi adueniente aliquo alio quod sit uel actus primus uel se habens loco actus primi respectu talis determinationis.

Tunc sub ista ratione assumo istam consequentiam. merus actus uoluntatis non potest se habere ut actus primus respectu specificationis actuum intellectus. ergo per imperium solum uoluntatis non poterit intellectus determinari ad talem specificationem nota est consequentia ex preassumpta ratione. & antecedens patet ex communi sententia omnium doctorum in hoc consentientium. q̄ licet actus intellectus quo ad exercitium dependat a uoluntate non tamen quo ad specificationem. His sic preceptis arguo sic ad propositum. Actus qui est assentire & actus qui est dissentire sunt actus habentes rationes specificas oppositas. ergo ad assensum uel non assensum non poterit determinari intellectus per imperium uoluntatis. ergo ad hoc q̄ aliquis per intellectum credat articulum fidei esse uerum uel nō credat nō ē p hoc possibile. q̄ sic uult uel nō uult credere sed ex aliquo alio intellectu ex se neutrum ad talis actus specificationem determinate. Quarto sic arguitur ad illud credendum non determinatur homo precise per actum uoluntatis de quo interrogatus. cur illud crediderit non assignabit precium actum uoluntatis. sed ita ē q̄ interrogatus aliquis. cur credat potius christiane fidei q̄ fidei maumethensium. non assignabit precise actum uoluntatis ergo non p precium actum uoluntatis indinatus est ille ad credendum. Quod autem non assignetur merus actus uoluntatis patet ex experientia & ex dictis nostrorum theologorum a quibus communiter illa octo allegantur. Cur euangelio debeamus credere. s. pronuntiatio prophetica.

Cur euange/ lio debeamus credere octo a nostris theo/ logis assigna/ ti.

scripturarum concordia. auctoritas scribentium. rationalitas contentorum. irra/ tionabilitas singulorum errorum. ecclesie stabilitas. miraculorum claritas. Quin/ to sic arguitur. Quotiescūq; aliqui duo determinantur ad credendum opposita et qualibet illorum precise per hoc determinatur quia uult sic determinari indifferen/ te ad hoc omnino iudicio uel suasionem rationis non potest dici q̄ rationabilius iste moueatur ad credendum q̄ e contra. Sed datus duobus quorū alter uult credere. a. esse uerum. & alter non uult credere. est dicere hunc uel illum uelle rationabilius & aliam irrationabilius. ergo illi ad sic uel sic uelle non determinantur quia preci/ se sic uolunt. maior huius rationis est nota. quia ut inquit Albertus in tertio de ani ma. cum uoluntas sic agit precise quia uult sic agere assumitur tyranno in cuius actione non queritur ratio acti quia ipsius agere non est secundum rationem age/ re sed agere pro libito. Minor est manifesta. quia quotidie dicimus maumethistas uel iudeos irrationabiliter in hoc agere quod non credunt & nos rationabiliter age

Albertus.

re quia credimus. q̄ si causa precisa quare ego crederem ille non crederet esset posse quia ego uellem ille non uellet uterq̄ esset actus tyrannicus uoluntatis & si neutro apperet maior uel minor rationalitas. immo & in neutro rationalitas sed meta potestas & imperium tyrannicum uoluntatis. Et ex dictis in isto argumento patebit istis magistris intellectus breuium uerborū quare dixi in responsione mea de actu tyrannico uoluntatis. Multe alie possēt & pro ista opinione rationes adduci. Sed nō est propositi mei hac tractare istas materias & propositas questiones discutere sed solum ostendere determinationem conclusiones meas non esse hereticas. Et licet p̄ defensione conclusionis mee ista sufficiant uolo tamen & hoc dicere. q̄ fuit etiam aliquis doctor cuius ego ut de me fatear damnatiōem in hoc articulo adhuc nūq̄ legi qui simpliciter tenuit q̄ actus credendi non est liber. hoc enim assertiue tenuit Robertus olchoth subtilissimus doctor ordinis predicatorum in suo primo sententiarum. Et cum arguitur q̄ sequeretur actum credendi uel non credendi non esse meritorium aut demeritorium dicit hanc obiectionem nullam esse & friuolam. quia non ideo aliquis actus est meritorius quia liber sed quia conformis ē alicui legi pollicenti premium pro eodem actu ip̄i facienti uel alteri & consequenter dicit actum credendi non ideo esse meritorium quia liber. sed quia conformis ē legi diuine quae pollicetur tale premium scilicet uitam eternam cuiuslibet credenti. posse autem deū hanc legem immutare & statuere q̄ quicumq̄ eras occiderit super lapidē angularē ex improposito sit saluus & tunc casus ille esset meritorius uite eterne quia actus nostri non ideo sunt meritorii quia liberi. sed quia a deo acceptantur ad uitam eternā qui deus ita potest acceptare actus naturales sicut actus uoluntarios. & sic uidetur acceptasse mortem innocentium ad uitam eternam in quibus nullus fuit usus liberi arbitrii. nec sic faciendo deus irrationabiliter facit quia sua uoluntas est sufficiens ratio eorum omnium quare statuit uel ordnat. Vnde concludit Olchoth q̄ si capiamus credere pro eo quod est cum assensu firmo adherere his de quorum ueritate non constat nobis nisi ex testimonio aliorum iuxta quem modum definit Augustinus in omelia super Ioannem dicens. quid est fides nisi credere quod non uides q̄ talis actus credendi non est in libera potestate hominis. Si autem capiatur credere pro eo quod est assentiri quibuscumq̄ reuelatis a deo & testificatis per miracula & uelle uiuere & operari secundum ea. tum quia hoc credere includit tam actum intellectus q̄ uoluntatis concedit de eo quod est liberum. iuxta quem modum definit Augustinus in omelia super Ioannem dicit credere in deum est credendo amare. credendo in eum ire credendo ei adherere & suis membris incorporari & de hac credulitate dictum est. credidit Abraham deo & reperaturus est ei ad iustitiam. De prima autem dicitur demones credunt & contremiscunt. prima est meritoria. secunda non est meritoria. Et cum dicitur q̄ si fides non est nisi in uolētibus dicit Olchoth quod est intelligendum de fide formata iuxta hunc secundum modum quare est fides operans per dilectionem non autem de fide primo modo accepta. quia per miracula uisa uult ipse posse fidelem necessitari ad credendum. quam opinionem ego

Ex suphabū danti hoc agit

Robertus olchoth subtilissimus doctor

In innocētibus nullus fuit usus liberi arbitrii.

Augustinus. Credere dupliciter capi.

Augustinus.

Robertus olchoth.

non credo esse ueram & post questionem suam idem doctor reexaminando non nul-
las suas opiniones dicit q̄ licet stante euidencia in ratione q̄ aliquid non sit creden-
dum uoluntas necessitatur ad credendum. tamen quia sic necessitatus fuit sibi ip̄
causa talis necessitatis. Ideo imputatur ei ad peccatum. Dicit autem fuisse sibi cau-
sam quia obmisit considerare & perscrutari diligenter & discutere illa. quae sibi sal-
sam lecerunt euidenciam quod si fecisset non sic apparuisset esse intellectui. sed ali-
ter & ideo concludit q̄ cum quis male credit aut discredat suum primum peccatū ē
negligentiae. haec est opinio Roberti Olchoth de libertate credendi quae nunq̄ mihi
apparuit bona uel probabilis. Considerent autem isti patres an & istum doctorē
simul cum Durando Henrico & alios pro heretico a ecclesia anathematizent.

QUESTIO NONA DE ACCIDENTIBVS IN SACRAMENTO.

VI dixerit accidens existere non posse nisi in existat eucharistia pote-
rit sacramentū tenere etiam tenendo panis substantiam non remanere
q̄ Hanc quidem conclusionem non dixerūt isti magistri esse hereticam
uel heresim sapere. sed solum esse erroneam. cuius opinionis fusi ra-
tiones aliquas attulissent possem ego illis aut credere aut respondere.

Nota
Pro declara-
tione cōclusio-
nis.

Thomas

sed ipsi nec in huius nec in aliorum conclusionum damnatione ulla adduxerūt ra-
tiones quas ego uiderim. Dico autem pro declaratione conclusionis q̄ per hanc cō-
clusionem non intendo categorice & absolute dicere accidens non posse esse sine
subiecto aut in sacramento de facto esse in subiecto immo cum ecclesia firmiter te-
neo q̄ accidentia sacramentalia de facto sint sine subiecto. Sed dico q̄ ille qui dice-
ret accidentia non posse esse sine subiecto & teneret cum Thoma distinctionem re-
alem existentiae panis ab essentia posset dicere non repugnare diuinae omnipotentiae
saluare existentiam panis sine essentia eius. sicut actum tam substantialem q̄ accidē-
talem conseruat deus sine sua potentia & cōsequēter in isto esse panis subiectare ac-
cidentia non manente substantia panis. ad quae quidem accidentia habere posset cor-
pus christi presentiam realem. sicut & nunc habet ad accidentia quae in nullo subie-
ctata sunt. & quicquid fit de sacramento eucharistiae de facto instituto a christo &
ab ecclesia credito in quo concorditer tenetur q̄ nihil panis remanet adeo q̄ sua re-
productio esset creatio. tamen tenendo praedictam opinionem Thomae de distinctio-
ne reali essentiae ab existentia. & capiendo sacramentum eucharistiae ampliatue ad
id quod est uel potest esse ut capitur in conclusione mea quae est modalis diuisa nō
solum praesens conclusio est probabilis & non erronea. immo erroneum est dicere q̄
non possit esse aliquod eucharistiae sacramentum in quo accidentia essent in subie-
cto. nec scio per quam logicam uiderūt isti magistri damnari unā diuisam de pos-
sibili propter fallitatem unius de inesse ex eisdem terminis constituit. mirorq̄ q̄ ne
sciant q̄ est fallacia consequentis. arguendo a minus amplo ad magis amplum cū

Nota

destructione magis ampli. ac si quis diceret nullus homo est in domo ergo nullus homo potest esse in domo. Similiter enim arguunt ipsi in damnatione huius propositionis in nullo sacramento eucharistie quod de facto existit uel de facto est institutum a xpo accidentia sunt in subiecto igitur in nullo sacramento quod est uel potest esse aut institui a christo accidentia possunt esse sine subiecto. Ex dictis patet q̄ male conclusio prefens de possibili damnata sit pro erronea ab istis patribus q̄ debet meminisse. Quod fuerint etiam ex catholicis doctoribus qui teneret de facto accidentia in sacramento altaris subiectari in existentia substantie remanentis. Est enim una uia theologorum ut refert Petrus de palude in .iiii. di. xii. q. iiii. qui dicit q̄ sicut qualitas hic remanet naturaliter quia remanet suum immediatum sibi qd̄ est quantitas. licet tollatur suum remotum quod est sibi & sic ipsa qualitas non subsistit sed inheret sic etiam quantitas caret quidem suo sibi remoto quod est essentia sibi sed habet suum subiectum proprium & propinquum quod est esse sibi quo mediante inest sibi quia id esse possibile est remanere essentia non remanente immo dicunt ipsi necesse est ipsum remanere considerato modo quo definit hic esse & quidem q̄ hoc sit possibile dicunt patere quia licet essentia sit prior esse ex quo uide retur cum sit prius posse separari esse a posteriori quod magis potest separari & licet essentia sine esse q̄ e contra. tamen considerando ex alia parte q̄ essentia se habet ad esse sicut potentia ad actum. & sicut materia ad formam quia actus minus dependet a potentia q̄ e contra. sicut uidetur magis factibile esse sine essentia q̄ e contra. sed deus in incarnatione uerbi fecit essentiam humanitatis sine esse suo ut dicitur a multis doctoribus. ergo multo magis potest hic facere esse sibi panis sine essentia ut sicut est ibi assumpta essentia & manet non autem esse & non manet. ita hic conuersa potest esse essentia & non manere & non conuersum esse & manebit. Secundo ostendunt q̄ non solum istud sit possibile sed necesse quia nihil creatum potest conuerti in increatum sed unum creatum potest conuerti in aliud quando communicant in materia & in genere aliter non sicut accidens non conuertitur in sibi nec in accidens alterius predicati secundum communem opinionem. essentia autem panis cum essentia corporis christi conuenit in materia & genere. unde una potest conuerti in aliam etiam per naturam si corpus esset mortale sed esse panis non communicat in materia nec in genere cum esse corporis christi substantiali cum illud sit in creatum diuinum quod est suppositi diuini cum in christo non sit nisi unum esse actualis existentie substantialis. ergo impossibile est esse panis conuerti & necesse est ipsum remanere. Ego sum in opinione q̄ non sit necesse ipsum remanere. tum quia si non potest conuerti potest tamen annihilari uel potest corrumpi cedendo in potentiam materie. Ita q̄ sicut humanitas potuit assumi non assumpto esse sed manente in potentia materie. Sic essentia potest conuerti non conuerso esse sed redacto in potentiam essentiae licet ut uerum fatemur iste redactione facilius dicantur q̄ intelligantur. Item licet esse panis non possit conuerti in esse increatum potest tamen conuerti in essentiam creatam quia quae communicant in materia sunt inui-

Opinio theol
ogoy quoru/
nda quam
Petrus de pa
lude recitat.

Opinio auct
oris.

tem transmutabilia dato q̄ non communicent in materia propinqua sed solum in remota sicut elementum potest conuerti in animatum & ecōtra . esse autem panis & essentia corporis christi conueniunt in materia prima quæ est utriusq̄ potentia re mota licet non conueniant in propinqua . quia materia ē pura potentia . essentia au tem est potentia cum actu immo si illa ratio ualeret concluderet q̄ de oi cibo quem christus ante passionem sumpsit sola essentia in ipsum conuersa fuerit & non esse . sed remansit uel aliter q̄ per conuersionem corruptum fuit . quia esse substantiale christi erat increatum ante resurrectionem sicut post . Item dicūt aliq̄ q̄ sicut aqua quæ de potentia ordinata non potest conuerti in sanguinem christi prius conuertit̄ in uinum & postea totum in sanguinem sic esse si non potest de potentia absoluta conuerti in aliquid christi prius natura conuertitur in suam essentiam transiens in eam sicut forma quæ cedit in potentiam materiae . & post illa essentia tota conuer titur in essentiam & sic non necesse est esse remanere . Sicut autem mihi uidetur erroneum dicere q̄ necesse sit esse remanere ita nihil minus erroneum dicere q̄ nō potest remanere .

QUESTIO DECIMA DE VERBIS CONSECRATIONIS .

ILLA VERBA hoc est corpus: quæ in consecratione dicuntur materia liter tenentur & non significantur.

i Dixerunt isti magistri q̄ hæc conclusio est scandalosa & contra conu munem opinionem sanctorum doctorum & q̄ opinio glotaloris i hoc non tenetur . Ego autem dico q̄ sua determinatio est scandalosa & cō

tra opinionem multorum doctorum & q̄ glotaloris potius q̄ eorum opinio in hoc est tenenda & q̄ ita sit patebit euidenter hito intellectu conclusionis . Est ergo Pri mo aduertendum q̄ non intēdo ista uerba fuisse materialiter accipiēda cū profe rebantur a xpo sed solum quando proferuntur a sacerdote euangelico consecrante . & iō dixi in cōclusionē uerba quæ in cōsecratione dicuntur . i . quæ nunc a consecrā tibus proferuntur . Certum ē aut̄ q̄ sacerdos in cōsecrando recitat p̄dicta uerba xpi ita q̄ oratio prolata a tali sacerdote supponit pro oratiōe . plata a xpo significantur sumpta . & talis opinio nō solum nō ē erronea uel scādala . sed potius uidetur opi nio p̄dicto sensui opposita esse cōtraria forme cōsecrationis i qua sacerdos dicit il la uerba recitatus . Recitat . n . sacerdos cōsecrans xpm dixisse apostolis . Accipite & manducate . & cetera . Sacerdos aut̄ cōsecrans nec loquitur apostolis nec dicit eis acci pite & cetera nisi recitatus . Ip̄e . n . solus recipit sacramentū neq̄ et assilētibz lo quēdo dicit accipite & manducate & cetera . Similiter cū dicit hoc est corpus meū id qd̄ recitatur a sacerdote ē illa oratio hoc est corpus meū materialiter sūpta p̄ simili oratiōe & ex simili uocibz cōposita a xpo significantur . plata qd̄ ēt patet per illa uerba quæ dicuntur ante uel post consecrationē sanguinis . i . q̄ p uobis & p multis effundetur & cetera . Essent . n . lalla si significantur iumerētur eo q̄ sanguis xpi am

Notandum .

uocat & priuationes non solum q̄ p̄fecti habitus sunt p̄fecteq; priuatōes: que solum d̄ Aristo. i p̄dicamētis hī tū & priuationē uocat uerū latius oīa quoz; alterum ē hītus: alterq; uero priuatio siue integra siue simplex/ na sit tāq; habitū & priuationē opponi p̄nūtiat: Qd̄ uero dicitur: idq; simplici auctoritate cōfirmat id tale ē. Simplicium ait Tho. i p̄dicamētis dicere ea p̄prie uocari cōtraria: quoz; utrūq; ē aliud: aristo. uero sanū et egrū iter cōtraria numerat nō ēt cecū & uidens. Simplicius igitur q; Aristo. interpretatur necesse ē cām red datur: nō oēs priuatōes Aristo. iter cōtraria cōputari: cām uero explicate nō pōt nisi q̄ dicit ē. Beatus igitur Thomas q; ait simpliciū dicere ea p̄prie cōtraria uocari: quoz; utrūq; est aliud cū cām explicet ob quā sanū & egrū iter cōtraria numerantur nō ēt cecū & uidēs ex simpliciō necesse ē id colligat: q; aristotelē exponit qd̄ siue uerū siue falsum sit res nullius: momenti est ita quā p̄uagandū sit. Qm̄ uero postremis litteris malū qd̄ boni negationē putas appellare uidens malū qd̄ oīo malū sit: eo dēq; modo falsum ueni uniusq; diuisum p̄ cunctari te uolo? An chymera putes eē oīo nō ens? Si negabis tibi necesse ē cōtradicas: qui prius dixisti chymera eē oīo nō ens & falsum: Si uero dederis oīo nō ens eē p̄cedā hoc mō: nō ens & malū sunt paria: igitur oīo nō ens & oīo malū sūt paria: chymera at̄ ē oīo non ens igitur & oīo mala: qd̄ fieri non pōt: chymera n. eē cōtradictionē nō claudit: pōt igitur a deo creari: qd̄ uero pōt creari pōt eē: eē aut̄ bonū ē qd̄ igit̄ pōt creari pōt bonū eē: sed potētia ad bonū bona ē: chymera igitur non ex toto mala est. Preterea chymera & a deo & a nobis pōt itelligi: pōt igitur a p̄mētē nostrā eē & a iurū igitur quoquo modo pōt eē qd̄ autem quoquo modo pōt eē quoquomō bonitate participat: chymera igitur nō ex toto mala est. Preterea nihil pōt malū eē nisi fugiendū sit: nihil uero fugi pōt neq; uitari nisi cognoscatur aut ab eo quod fugit aut a deo qui naturalem fugā instinctū i seruit. necesse est igit̄ malum omne quodammodo cognosci posse: cognitio at̄ bonum quiddam est: igitur & posse cognosci. potētia n. ad bonum bonum quiddam est. Preterea aristo.

x Cor igitur nō ingente terribi ac
crasse. Neq; n. totum ē homo es.

y In illa ma chymera malus sim/
gu chymeras.

z Si creat chymera potētia a deo
non ē hanc potētia in chymera sed
in deo.

a Notio quam mihi de chymera
formosior aliquid est in bono est ip
sa uero chymera: nihil est ita re
q; bono est.

b Bonum & malum secundum se
sunt cōtraria & utriq; cōtrarii ē
aliquid potētia ergo & qd̄ est bo
num est aliquid potētia & q; est
malum ē aliquid potētia & secundū
dū tenō ens est bonū ergo scōdū
tenō ens ē aliquid potētia & aliquid
& ens cōtrariū ergo secundum
tenō ens est ens potētia uitā quo
nos p̄dicit in chymera.

c. Ad ferendum ut est cōtrarium
non priuatio.

d. Non dixit malū esse bonū sed
in bono.

e. Sicutus priuatio ē quatenus pri
uatio formaliter negatio est.

f. Reliquas priores epistolas & ad
debite hoc ubi in illis monstratum
ē fortasse plus q̄ desideras.

g. Attende mox explicabo cū per
hanc dictionē deus id concipitur
quod significatur per nomen nos
habere hanc dictionē predicari rōnē sed
subiectū est n. illud de quo querit̄
quid sit de eo errāri possit aut de
beatō aut illud quod de alio erit
dicitur quare neq̄ id aut Simonidi
erit ignotum aut cōsuetū eū quē
no. Cū iero q̄rit si deus dicit deus
nō pōt an sit aliud a deo quero a te
quid cōcipias p̄ hanc dictionē deus
quid de deo enūtiās Si nihil concip
p̄nt nihil eras quia nihil dicit. Si
aliquid concipis dico deum aliud
esse ab eo quod tu concipis & con
ceptam per hanc dictionem deus
ex p̄licās quoniam supra omnē il
lud est quod a nobis cōcipi possit.

h. Veritas unam eam eam q̄
termino non vis perdere eam si p̄
datur deus. Non non potest ut ali
quid sit si nō sit ipsum esse fieri q̄
non potest ut autem si deus
non sit preterea si deus non est igit̄
aut infinitū ē si finitū ē nihil ē q̄rit̄
si infinitum est finitum non est sed
ē si infinitum est infinitum non ē
quoniam infinitum se ipsum perit̄
ut quomodo modum & alia q̄ con
tradictionem claudens si nihil est
autem nō est. Hec facti credo esse
tibi bonum quare uti ingenioso.

Vale.

quarto methaphisice dicit negatiōes priuatiōesq; quo
dā nō entia ē : sicut & ipsum nō ens quodammodo
ens esse dicit cuius signum est inquit q̄ dicimus non
ens est non ens: quod uero quoquomodo est ens quo
quomodo bonum est: chymera igitur in qua uerum
est non entis uocabulum predicare quodammodo ē
ens & bona : Preterea malū est priuatio boni: priua
tio uero omnis ē negatio forme in s̄bo apto nato for
mam & habitū h̄c nihil igitur malum eē pōt qd̄ bo
ni capax nō sit & aptū capacitas uero & aptitudo i bo
nū bona ē: Malū igitur oīo malū eē nō pōt unde ⁴ Au
gustinus inquit malū temp̄ i bono eē : Preterea si ma
lū ē priuatio boni ut dicitur quomodo pōt eē boni nega
tio alia. n. est oppositio priuatiōis & h̄tus. alia uero af
firmatiōis negationisq; Preterea tuas; p̄tū ē mōstrare
factā prius a te rōnē ualidā eē qua p̄bas ex Aristo
tele et tho. deum ens nō esse ego. n. utrāq; infirmaui
nec satis ē dicere. Scio aliquando a peripatheticis deū
ens uocari: sed & illud scio ap̄ eōs eē appellatiōis entis
deū aliquādo nō claudi: ⁵ Monstra. n. rogo quo i loco
uel Aristo. uel aristotelici deū entis appellatione non
conferant.

⁶ Ceterū si uacabit explicato quomodo defendas deū
eē & unū: deū tamē nō eē deū: Si. n. uocabulū itelli
gitur necesse ē descriptionē quandā ab alio formari: q̄
data mox sequitur deū eē deū: nec. n. Simonides poe
ta t̄ps ad respōdēdū petisset tyrāno q̄rit qd̄ ē deus nī
si uocabuli interpretationem & notā alio cōcepisset: in
ol. n. q̄one p̄ra ē uocabuli significatio. Preterea si de
us ē unus: aliud unū ē deus: qd̄ nō nisi deus eē potest
Ite si deus est & nō ē deus: ē aliud a deo: A se ipso igi
tur aliud eē necesse ē. Preterea si ideo deus nō ē deus
q̄ nomē dei cōcretū ē aliud significans: & aliud: cōce
dī nō debet deū eē: deū eē unū: nihil. n. ē. i. res; natu
ra qd̄ deitate p̄cipata sit deus: Postremo monstrabis
quomodo uel p̄bes uel defendas cōtradiōnē clau
dere ⁷ deū nō eē & autū eē: grata erit mihi huiusmo
di disputatio nec tibi debet eē molesta: est. n. disputa
tio ebrum ueritatis: Suauissimus animæ cibus nihil
habens ingrati.

Vale.

Quarte obiectiones.

n On ideo dictum est deum ens non esse q̄ esse in deo pro essentia ē: sed quia esse non est aliud ab essentia: qđ longe diuersum est: Alioquin ipsum esse lapidis: quod sibi pro essentia est: nec ens erit: nec bonum: esse enim lapidis non est essentia: sed ipsum sibi: & esse suum: & sua est essentia.

Si in negationibus: & priuationibus quid sint queri nō potest: Cum igitur sint nō factus est ad questionem quid est formādam scire rem: de qua queritur esse: sed amplius scire oportet: & esse: & aliquid esse querenti igitur quid est ridicule ac irrationabiliter. respōdetur ens: aut aliquid: siue ens primo modo: siue secundo capiatur quod si queratur quid sit peccatum uocabuliponus est questio q̄ rei.

Si aliquid ē ens: ideo iuxta positionem tuam esse ens: q̄ eē ē aliud secūdu rem ab essentia: aliud est inquis humanitas: aliud homō: aliud album siue albedo: aliud res alba: igitur si idea est ens: ideo erit ens: q̄ esse ideæ est aliud ab idea. Idea autem deus esse: igitur ideæ est aliud a deo: est igitur in deo secūdu rem compositionis non solum secundum rationem.

Iuxta denominatiuorum diffinitionem unus ab unitate denominatiuum est: deus autem iuxta tuam positionem ex similitudine unitatis unus dicitur: non igitur ad substantiam dei spectat predicatio: qua platonici dicunt: deus est unus: preterea cum dicimus deus est unus non quid. sit sed quomodo sit significari putas: modus autem ex accidentium est genere non igitur uocabulum unus in deo substantiuū est neq̄ ad rem pertinet: q̄ uel platonice sectam nō didicerim uel grecam linguā ignorem: non enim id factus est ad tutandam academicorum disciplinam.

Si deus non esset & aurum esset: aurum inquis esset aurum & non esset aurum: igitur esset aurum: Si igitur diffinitio ueri constat erit uerum nulli quadrās ideæ.

Si socratem sedere neq̄ uerum est: neq̄ falsum eo q̄ necessarium non est sequidē defendam non in quolibet affirmationem ueram esse uel negationem: nō enim in quolibet uel una uel altera necessariam habet ueritatem.

Si bonum & malum sunt in rebus: uerum uero: & falsum in anima ubi ē tua affirmationis & negationis oppositio: negatio enim nihil ponit: Quomodo ēt chymera in rebus ē & anima si ē omnino non ens & falsa: cum nō ens & malum mutuo conuerti putes.

Si cecitatem esse cecitatem uerum est & quis non uideat cecitatem esse ueram: idē enim sunt: sola enim cecitate posita. ponitur hoc quod ē cecitatem esse cecitatem: & ablata aufertur unde eadem ratione fec. & socratem esse socratem idem est & eadem generatione utrūq̄ generatur: & per se: deus quoq̄ & deū eē deū idē: utrūq̄ enim eternum est & prima uentus.

Si falsum omne simpliciter diuifum est ut probatum esse non negas dici non debuit falsum quiddam cum hac solum conditione diuifum esse hoc ē q̄ diu falsum est:

Si enim omnis homo simpliciter & absolute est risibilis conditionem non oportet adiungere: qua restringas dicens: omnis homo est risibilis quod dicitur est homo: nec propterea restrictio debuit adungi quod non omnia falsa sunt aequaliter diuisa: aut falsa nec enim omnia entia sunt aequaliter bona: absolute tamen bona sunt omnia.

Quomodo concludatur bonum malumque esse contraria: si prolequi: & fugere sunt contraria facile constabit, si ratio contrariorum motuum satis a te fuerit intellecta.

Quid miraris si dico latinos Aristotelem non negare: quem Simplicius negat: non enim boetius: nunquid propterea uel Boetium non imitor uel barbaros ex tollo: mirum me hominem uocas: Ego uero te mirabilem appellarim: qui cum boenū imiter posthabito interim Simplicio me Boenū aspernari: & barbaros sequi existimes. Si contraria sunt bonum & malum chimeram uis probare aliquid esse: quod in rerum natura sit: sed hoc perceptum sit qua ratione bonum & malum contraria dixerim: quod nondum aut uis: aut potes intelligere nihil ex chymera probaueris.

Præuisiones qualidam a me Semiplenas uocari plerumque admiraris & nullas esse probas hoc modo: Malum igitur non est semiplena: priuatio: Ego uero argumentum tuum prosequens: sic dicam: agridudo mala est igitur nihil est, non est igitur semiplena priuatio: est autem priuatio quedam agridudo: non igitur est uel sanitatis uel boni cuiuspiam semiplena priuatio: sed plena potius: & perfecta: quod fieri non potest imperfecte igitur priuationes semiplenæ sunt ut agridudo, raritas: turpitude: cecitas uisus perfecta: boni imperfecta: bonum enim quod in uide te est totum non adimit.

Si uerum est quemadmodum scribis malum omne boni aliquid reliquere: chymera igitur: que est omnino non ens: & mala boni aliquid retinet. Si uero boni aliquid seruat non omnino mala est: neque omnino non ens. licet etiam potentia: qua creari potest & esse: in deo sit: & notio: qua potest intelligi sit in animo non tollitur quin chymera potentia bona sit: & ens: est enim potentia dei: & chymera alia & alia ratione: nec enim negamus antichristum potentia bonum esse: cuius potentia qua potest esse partim est in materia partim in caele: & homine. Propterea quomodo chymera, si omnis interim cogitatio & potentia dei excludatur est omnino non ens & mala. Ut enim non ens sit certe mala esse non potest: Malum enim est priuatio: que que in subiecto consistit: quod necesse est bonitate participet. Alioquin subiri esse non posset: Quod enim omnino non est subiri non potest.

Nondum improbabili: quod a me dictum est: idque simplici auctoritate confirmas nisi quod ais id simpliciter non dicit, sed non propterea gloriari oportuit: neque enim dixi Aristotelem sentire omne omnino ens uel per se uel per accidens esse nec Beato Thome aliquid propterea falso ascripti.

Licet priuatio omnis negatio quedam sit nondum tamen constat aliam non esse affirmationis negationisque oppositionem. aliam uero priuationis & habitus: nec propterea si malum est priuatio boni malum & non bonum conuerti necesse est.

Defensionem tuam qua tutari uis deum non esse deum, ego nec uentata nec Beato

Dionisio consentaneam puto nec beatus usq̄ Dionisius deum negauit esse deū: Sed quemadmodum. B. Tho. interpretatur nullum nomen dei naturā integre potest explicare: nec alia ratione affirmationes putat deo esse impactas. Tu uero dicis dei nomē si descriptionem habet sive rationem habere non etiam predicari: sed hoc concessio argumentum perstat: Sit enim .a. ratio nominis: dicaturq̄ hoc modo deus est. .a. ratio enim cuiuslibet de eo predicatur cuius ē ratio. igitur facta simplici ei conuersione .a. est deus. igitur deus est deus item dicis cum queritur an deus sit aliud a deo nec ne: fieri oportere quid dei nomine concipiatur: quicquid autem de tur aliud inquis dicam deum esse. est enim supra omne id quod cōcipi potest: sed nōne huiusmodi solutio secum pugnat. Si enim cōsiteris propositionem huiusmodi: que est deus est supra id quod cōcipi potest nō ne palam aliquid de deo affirmas fiat igitur & sit nominis definitio ea oīo que est supra id quod cōcipi potest & argumētū militabit. p̄terea sequitur deus est supra omne id quod cōcipi potest igitur deus cōcipi nō potest alioquin idem supra se ipsum foret non igitur amari potest nec coli.

Postremo tātam putes esse auri potētiam uel imus nolimus uel re uel animo ex necessitate deum secum trahat hoc modo: Aurum est. igitur ipsum esse est. igitur deus est item sic deus ē. igitur finitum ē. finitum ē igitur nihil ē. Si ens finitum ē i quis finitum nō ē. quali sic arguas finitum nō ē. igitur nihil ē: deinde sic finitū ē igitur infinitum nō ē. infinitum enim igitur se se ipsum perimere: Equidem puto si Ni coletto quispiaui huiusmodi argumēta scriptisset nihil respōdisset: nec ego cōtra aliquid opponam me ubi res multis luce clarioe uidetur aliquid uideat dubitare: q̄ si si idē argumētis positōnem tuam probes equidem ueretur ne aurum perdas.

His obiectiōibus si uoles aliquid respōdeto comp̄ optime. quo disputatiōi iā finē faciamus: tatis enim iulimus. ceterum nolim putes me aut odio aut maliuolētia i hoc diuertasse: scio memini t̄i priusq̄ aliquid tibi scriberem significasse an uelles: Equidē deum testor comitē meū mirādulanum & amo & ueneror. quod si aliquid exp̄iri libuerit me nihil mētium cognosces.

IOANNES FRANCISCVS PICVS MIRANDVLA ANTONIO FAVENTINO PHILOSOPHO IN SIGNI. S.

q̄ Vamq̄ Iōanis picī patruī mei obitu studiorū meorū alacritas oīs & spes que quasi tota i eo reposita fuerat elānguit quippe cum futurum sperare eo uiuere ut philosophiē studia ad castitatē pristina: sed magis ditata opibus reuocaretur christiana q̄ fides eliminatis i uersum erroribus heresibusq̄ depulsis ualidissimis i aduersos hostes turribus munitetur. Nō tamen sic animo cōsternatus sum ut totis uiribus nō laborauerim ne uigilie omnes inchoate q̄ lucubratiōes que ab homine illo i litteris unde quaq̄ admirādo profluxerāt penitus deperiret quo circa mihi ipsi nōsq̄

hominibus cōsulens q̄ maximis potui itineribus florentiam cōcedi dedi q̄ operam
qua potui tatiōe ut q̄cuq̄ ab eo notata fuerāt licet ī exposita & ī excussa ī nostrā
permitteretur potestatem nō inanes cōsistere conatus nostri: nā & si adaperire ad
huc tabule nō essent nec notus heres ad aperta nihilominus ita sermō fuerit ut cō
mentatiōes cūctas inspiceremus uerēremusq̄. Vidimus in chartaceis illis disper
sis codicibus incredibile hominis studiū. lectionem omnimodam conceptus supra
captus humane mētis admirabiles. Verū ī redigēdis scriptiōibus nō laudandā iou
riolitatē. hinc inde dissecta dissipataq̄ omnia. sed de his alias. Dū hec diligenti
cura euolueremus opusculū eius de uno & ante quatuor ferme ante occubitū an
nis emissum una cum tribus in ipsam a te per scriptis ep̄stolis eorumq̄ responsis ī
manus incidit quibus ob rei nouitatem nō perlectis modo sed haustus sed pene ut
aiunt de euentis (tumore enim id factum agnouerā sed quid momenti allatum eēt
exploratum satis nō habebam.) Meū cogitare discipulareq̄ cecepi an illud publici
tus aliis cum operibus que in unum redegeram & publicanda censueram īpresso
ribus dare deberem nulla tuarum obiectionum habita mentione: An cōsulmus he
retici & oppugnatum hinc offensaculis inde propugnaculis promunitum exiret in
publicum. Post longam rei discussionem postrema tandem menti sententia ledit.
Sane doctus hominibus obuiam factum notas illasie ferre uideretur. Si accusato
res non tantum expauererent. Sed & in iudicium citare recte quasi parum fidēs cō
sciētie non auderet pariter quoq̄ ut responsis comitatu iret oportunū esse usum ē
ueluti ad defendēdam cām innocente testibus quod nostrum consiliū lau datū
iri a probis uiris nō dubitari quando aut me pari oportuisset defunctū patruū ho
minē p̄fecto de me meritisūm aliqua ex parte famigerate doctrine sue tali nō p̄
mulgato libello defraudari aut eo solo progrediente nequissimis uitaperauōibus
ansam semp̄ criminādi relinquere nō accitis in forum que & obiectādo & repellen
do pluribus utrinq̄ ep̄stolis cōcinnata fuerāt. At oblati nōnullis literis Christo
phori saxoli nostri & ciuis & medici quibus quartā te super id negocii euidisse ep̄
istolam que responsione caruerat ut aiebas nobis significabatur: res in dubium re
uocata est. Iterū q̄ inie ancipitis factus penāculandum exactius liberatum iam iu
diciū duxi quando postremus accusator urgeret cōm: nec esset qui patrocinare
tur. Inde meū subire alium titlacio quedā suscipiēde defensionis quo me tamē pro
tutando silentio uertere nō erat in promptu. Mouebāt hinc mentem hominis mo
destia ī cōsc̄q̄ benignitas ingenū quoq̄ solertia & acrimonia in enodandis diluendū
q̄ ēt ex rēpore difficilibus nodis in explicabilibusq̄ sc̄rptis ut sc̄licet arbitrarer ul
timā ep̄istolā tuā nō fuisse tuto delatā. cogitabā id ē factū facile fuisse ut qd̄ resemp
isset. Si tamē fideli nūtio tue fuit reddite ep̄stole uel tabellarioꝝ icunia (sit. n. id se
penumero) uel alio quopiā casu ī itinere puisset. Succurrit demū ī enodationibus
prioꝝ q̄onū tuarū cōquestū illū fuisse a te sepius eadē iterari & de eisdē sepius du
bitari ob id statim somus cōtrouerſie ueſtre capita p̄currui an. s. ī primis respōsio
ribus aliqua deprehendi possent quibus mōstrare fuisse quate ep̄stole satis ī parte

factum anteq̄ scriberetur. Succellit ex uoto res tantaq; repperi ad propositum faci-
 entia ut si non uerbis quantum fieri potuit obiectionibus ultime epistole responde-
 rim a deo ut ipsarum nodos ex priorum questionum tuarum solutionibus apertos
 magna ex parte possis agnoscere. Addidimus multa a magnis etiam auctoribus p-
 testimonio petita quæ omnia non alia de causa factitata a me existimare te uelim
 nisi ut tudium insolentiumq; philosophæ & maluolorū iudiciis occurrerit ad quos
 forte cum peruenisset fama quartam te ad patrum meum super ea controuersa
 dedisse epistolam cui non responderet tubissent actutum sententiis (qui blactroni-
 bus & inuidis mos est) alia quapiam de causa q̄ iusta nō esset referbere picū non
 curauisse. Alioq; mi. Antoni etiā a principio susceptū opus libentissime omissem
 Tum ut cōtrouersiis a quibus abhorrens sum & si iustissimā cām agerem nō uider-
 rer initiari Tum ut a uero philosophæ tramite nō deuiarē quem post equos & ar-
 ma (& si quosdā litterarū flocculos a pueris olsecerim) post magnorū ducum cōmet-
 tia Io. paco patrio Ioāneq; mainardo nostro ducibus metiri cecepi quādo nature
 notitia nō ad litterarios desudādos agones. sed ad nature ipsius cōdōrē agnoscen-
 diū ordinē philosophorūq; cōmētationes suapte semp̄ sponte inuitare nos debeant
 ad pensissima diuinosq; eloquiūq; uestiganda sensa: hic studioꝝ osum finis his no-
 bis iter reuelatur ad celum si tam ea nō glorie nostre captādē gratia excoluerimus
 sed ut deum nostrum & facilius cognoscere & seruentius amare possimus. Ut inde
 promptius q̄ mandauit faciendā prosequi amur q̄ q; docuit uitandā fugiamus. En-
 tibi cām suscepti huius mihi oneris teq; negotiū explicatā iustissima est ut uidet̄
 iccirco equo a te aō pferēda quinetiā arbitrari forte potui ut his nō si un possēm ue-
 lum intemētis i a uisitata mihi iā recū cōtractaq; ferrariē beniuolētia cōfirmāda.
 Nā eū primis diebus istuc appulsem q̄ es hūānitate me iudere dignatus es. Atq;
 interloquēdum de litteris deq; morte patrii ac eius operibus multis incohatis nec
 consumatis percepta opinione mea respondendi. l. tibi soluendiq; argumentatiōes
 tuas tantum ab fore ostendisti ut offenderens ut etiam quod factucus etiā laudare
 ris: Sed ipsum iam negotium agredientes prime obiectioni dissoluendē manus in
 primis admohamur. ea est huiusmodi.

Non ideo dictum est deum ens non esse q; esse in deo pro essentia est: sed quia esse
 nō est aliud ab essentia quod longe diuerium est alioquin ipsum esse lapidis qd̄ si
 bi pro essentia est nec ens esset: nec bonum esse enim lapidis non est essentia sed ip-
 sum sibi & esse suum & sua est essentia cui uel facillimē respondebimus. Sed iube
 bo in primis eorum te meminisse que ab ipso huiusmodi rei gratia sunt perscripta
 ne pugnancia ille uerba protulisse uideretur. In eo quippe cōmentario de ente &
 uno (quod etiam in tuarum obiectionum responsis cōmēnerat) Amelium iam
 hlicum Sirianum compluresq; Platonicos qui deum ens non esse dixere non mo-
 do probauit sed toto tractatu principaliter hoc egit ut non solum ex Aristotelis ue-
 rum etiam ex Platonis dogmate ostēderet deum & esse & dici proprie ens. Sed &
 abquam loquutionis rationem esse monstrauit quam qui. sequeretur non absonū

Prima obie-
 ctio.

Prefatio que
 dam.

Amelium
 Lamblicus
 Synanus

Dionysius
Thomas

erāt a ueritate deum appellatione entis esse maiorem Atq; ob id hoc a se factitariū est ut & Dionysii auctoritatis & Thomæ ratio haberetur ne omnino ut eius uerbis utar insanire uiderentur doctissimi sanctissimiq; uiri qui id dixerunt Deum. C. nō esse ens. Sed super ens quam sententiam alter males repetiuit alter quandoq; ulur pauit: Sed readeamus ad nos. Cum ergo hoc modo Deum ens non esse dictum sit hac rōne id prolatum assensum quod esse in deo pro essentia sit, cui opponis nō hac sed illa assertum ratione quod esse duntaxat non sit aliud ab essentia, duo hec diuersa esse penitus existimans ego uero alteram alterius dicti apentionem dilucidationemq; esse contendo. Cum enim dicitur ens non esse deum quia i eo esse ab essentia dissepatum non sit nil aliud assertur q̄ esse in deo esse sibi pro essentia: nec per hanc orationem. C. esse in deo non est aliud ab eius essentia iudicatur nobis eēntiam in deo esse ut per uerba illius contra quem argumentatus es liquido perspiciatur nam tuam obiectionem patrius confuta uit quæ hanc ipsam materiam concecebat sicut in d. n. Platonicū cū id aiūt intelligūt eē i deo eēntia & eē sed i eo nō dif ferre. At esse in deo locum cum habere quem in rebus aliis habet essentia ut ei pro essentia nihil sit aliud q̄ ipsum esse q̄ autem incongruum omnino credas ipsum lapidis esse nō posse dici ens & bonorū mutabis forte sententiam si consideraueris q̄ a Thoma aquinate qui quasi controuertit iudex a uobis alcius est in prima parte summe questione. xlv. articulo quarto dicantur palamque cognosces ipsum esse quod in essencie compositionem cadit nec ens nec creatum appellari debere & quando formas omnes non subsistentes & accidentia ceteraq; id genus magis coexistentia & concreata q̄ creata & entia nuncupari posse pronunciet. Quapropter ab eius sectatoribus potissimum Capreolo cum de entis & existentie distinctione sit questio esse ipsam creaturarum rerum nec in uerorum entium nec in creaturarum numero recipitur q̄ si entis appellationem non suscipit proculd ubio nec bonicum ens & bonum se mutuo consequantur pariq; a rbitu reciprocetur.

Thomas

Secunde obiectionis solutio.

Thomas

Secundo loco hunc in modum argumentaris h in negationibus & priuationibus quid sint queri non potest cum igitur sint non satis est ad questionem quid est hoc mandam scire rem de qua queritur esse sed amplius scire oportet & esse & aliquid esse querenti igitur quid est ridicule ac irrationabiliter responderetur ens aut aliquid siue ens primo modo siue secundo modo capiatur. Quod si queratur quid sit peccatum uocabuli potius est questio q̄ rei: Cui obiectioni respondemus non illum unq̄ dixisse in priuationibus & negationibus non posse queri quid esset. Sed non posse respondere quid Thomæ grātia protulit quem te super hoc dubitante i prioribus epistolis uerum ne scilicet esset an falsum citauit his uerbis uerum esse latearis oportet nisi deferas tuum Thomam quod & nos etiam ab egidio romano in secundo commentariorum libro i theologicas sententias assertum esse reperimus satis enim est ad questionem quid est formandam scire eam rem esse de qua sciscitatur neq; necessarium est ut qui quid res sit uestigaturus est sciat rem esse aut aliquid primo modo sed secundo tantum hoc est eam esse. Quod si contenderes te

Thomas

Thomas

Egidius

Thomas

intellexisse questionem eam formari posse cui potest affirmatiue & recte respon-
 deri primum si putas questionem illam non posse recte formari nisi res de qua
 queritur sit talis ut per eam questionem illi reddi responsum queat tecum non uenio
 Aristotelis enim sententia est peccantari posse censuras sit nec ne centa urum ta-
 men tale non esse ut per eam questionem an est possit responderi cum mera sit label
 la merum signum. patet quoque aduersus si credis hoc idem querentem nosse
 oportere nam plus scire eum non oportet (ut ostendimus) qui recte quid si res per
 cunctatur: quod eam esse qui ergo nouerit rem esse aliquid non ridicule responderet
 eam esse aliquid nescienti cuiquam & de hoc peccantanti qui uero interrogationi
 bus quid res sit eos docere non conseruerim eam uel ens esse uel aliquid ut absolu-
 tius respondeamus euenit nam exploratum habentes eam esse aliquid adhuc qua-
 le nam ens esset timarentur eorum igitur non solum expresse petitioni. Sed et ue-
 stigandi desiderio satisfacimus cum conceptas & non prolatas questiones ipsorum
 nostris responsonibus preueniendo dissoluamus uerba uero illa quod si queratur quid
 est peccatum uocabuli potius est questio quam rei que illius obiectioni contra te facte
 fuit. Cum enim tu prius responsum non multum momenti attulisse uideam ar-
 gumentatus esses ex Thomae sententia. ens uidelicet iuxta primum modum uoca-
 ri quod questionem quid est responderetur querentis quid esset quod mundum con-
 seruaret & moueret rationaliter deum respondere ex quibus colligebas deum pri-
 mo modo esse ens & aliquid respondit ille uide quantum fallaris malum secundum
 Tho. tale non est ut querenti de eo quid sit possimus aliquid respondere uel ens &
 tamen querenti quid est peccatum respondere possumus quod est malum ideo ni-
 hil tibi tua suffragatur responsio hec scilicet quod si queratur quid est peccatum
 uocabuli potius est questio quam rei. Nam non nimis est questio nominis (quod quod & hic et
 ibi diuersa ratio) quid est quod mundum gubernat quod quid est peccatum cum ille qui
 mundum deus. scilicet quiditatem ut recentiores loquuntur non habeat quod & om-
 nes preter eos qui in predicamento collocant aperissime confirmant. Et ut sanctus
 simus ait Dionysius nostra post apostolos princeps theologie ipsius nec nomen est
 nec definitio quibetiam nec illis que antea dixisti tuum hoc responsum consonat
 quando prius malum ipsum non esse nihil sed positium aliquid dixeris nunc ue-
 ro ipsius nominis tantum formari questionem confitearis.

Aristoteles 7

Dionysius

Opponis tertio his uerbis si aliquid est ens ideo iuxta positionem tuam est ens quod
 esse est secundum rem aliud ab essentia aliud est inquis humanitas aliud homo
 aliud album siue albedo aliud res alba igitur si idea est ens ideo erit ens quod esse idee
 est aliud ab idea. Idea autem deus est esse igitur idee est aliud a deo est igitur in deo co-
 positio secundum rem non solum secundum rationem. Quibus dicimus iam responsum esse.
 Nam cum eodem fere modo quo nunc es usus in tertia epistola argumetareris respo-
 dit ille compositionem illam entis & essentie in diuinis secundum rationem esse non secundum rem.
 huius igitur hypothetici syllogismi quem adducis. primam propositionem ueram esse iudicamus

Obiectio ter-
 tia.

Solutio

nam & si in creatis rebus essentia ab esse re differat non ob id sequatur necessariū est quicquid quoquomodo dicens possit ex essentia & esse siue existentia tanq̄ ex partibus componi ideo igitur quæ creaturarum rerum exemplar est essentia & existentia re distincta non conueniunt. Sed hec a nobis in ea sit compositio .cum illam ut exemplarem causam essentiz & entis siue esse & existentiz quæ in creatis rebus inueniuntur perpendimus quam compositionem pariter & distinctionem simplicissimis etiam rebus applicamus & secundum rationem quando eam intellegimus nos sicut habere fecit uocamus hanc peripatetici frequentissime usurpant uulgatam ut inquit ille ab antipatro repetitam a possidonio commemoratam in epistolis a seneca .ea propter hunc in modum ideam secundum rationem ex essentia & existentia dicere possumus esse compositam & ens uocare eam .i. ut exemplarem creaturarū ex esse & essentia re differentia compositarum considerantes .quam compositionē in deo non ponimus quando eam non ut aliorum exemplar sed ut in penitissimo sue diuinitatis recessu se ipso fruentem contemplamur.

Peripatetici
Antipater
Possidonium
Seneca

Quarto obie
ctiōis solutio

Quarto inquis iuxta denominatiuorum definitionem unus ab unitate denominatum est deus autem iuxta tuam positionem ex similitudine unitatis .unus dicitur non ergo ad substantiam dei spectat predicatio qua platonici dicunt deus est unus pterea cum dicimus deus est unus non quid sit sed quo modo fit significari putas .modus autem ex accidentium est genere non igitur uocabulum unius i deo substantiuum est q̄ uel platonicans sectam non deduxerim uel grecam linguam ignorem non enim id satis est ad tutandam academicorum disciplinam . Sed facilis responsio cum enim dictum sit platonici unum quod de deo enunciatum esse substantiuū & non denominatum tantum probe assertum est & iterum cū asseueratum sit unum dici quia unitati similis sit non est incongruum .nec propterea dici potest non esse substantiuum nam & si nomen aliquod ex rei cuiuspiam proprietate aut similitudine cuiusdam adapretur non ob id sequatur necesse est nomen illud non esse substantiuum quando id pro substantiuo nomine accipiat quod non per modum adiacentis sed p se stantis significet unum uero quod de deo predicatur per modum non inherētis sed stantis intelligi a deo clarum est ut probatione non egeat habes itaq̄ proprietatē a qua nom̄ cui applicatur non auferre hoc quod est esse substantiuum nam Thomas tuus iuueno noster cum i locis aliis tum in prima parte illud id quod significandum nomen imponitur ab illo a quo imponitur differre refert uerbi gratia hoc nomen lapis ad significandum substantiam illam que sic nuncupatur imponi ab ea item proprietate sibi cognata qua .i. pedem ledit uocitari edisserit unde & alio loco docet a gr̄maticis fore usurpatum ut scribant nomen substantiam cum qualitate denotare quod & Ioannes Scotus libro primo cōmētarij suoz i insas affirmat .unū igit̄ mi Antoni cū d deo enūciamus ut re & ut substantiuū nomen ē enūciamus qa .i. p modū stātis & cōcipimus & pdicamus .rursus cū ab unitatis similitudine eiusq̄ pprietatibus positū dicimus ueritati

Thomas

Io. scotus

quantum fas nobis est propinquamus quia scilicet conuenienti uocabulo utimur ad indicandum quod longe ineffabilem illam super omnia creata deitatem cum ita otum quod sunt principium sit quemadmodum numerorum otum principium unitas est et hinc uerbis etiam colliges alterius argumenti tui solutionem de modo quod de genere dumtaxat accidentium esse profanis posse scilicet in hac predicatione: Deus est unus quomodo deus unus sit significari & nihilominus unius uocabulum in deo substantiuum est, si a quo auspicietur nomen & ad quod denotandum rei tribuitur consideraueris potes etiam breuiuscule ex uerbis patris solutionem tue dubitationis agnoscere. cum ait quomodo tu platoniorum potiusquam Dionysii rationem sequi me dicis cum nec Dionysium nec platonicos ut magna etiam uoce gloriaris unquam legeris: At scias idem esse apud platonicos dei Typum esse unitatem & apud Dionysium deum unice esse omnia expeditiorem solutionem non possit quisquam recte desiderare nam cum dei typum esse unitatem dicitur ad similitudinem & modum cum uero fertur deum unice esse omnia ad substantiam referendum est que tam esse eadem penitus asseueratum est quin etiam apud grecam linguam quam ille probe nouerat abstractum concretum significari quandoque potest eadem uoce.

Ad quinte dubitationis tue solutionem afferendam non opus est multis. Aut ille si deus non esset & aurum esset esset aurum & non esset aurum. Tu addis hec uerba igitur esset aurum quid si diffinitio ueni constat erit uerum nulli quadrans idee adde obsecro & hec pauca que scilicet ex eius uerbis sequi dixit & agnosces quomodo erit uerum nulli quadrans idee. Quid in quam impossibile. scilicet impossibile parit & ideo non mirum est si ex propositione tua impossibile sequi facias que quid uolueris: Nam si deus non esset & aurum esset erit uerum nulli quadrans idee cum ex impossibili gignatur impossibile his non solum dialectici sed etiam theologi ad stipulantur. Si enim Ioannem de bachone carmelitam interroges an fieri possit ut aurum sit & deus non sit in primo sententiarum respondebit tibi non aliquam omnino rem qualiterque ea sit intelligi posse nisi prius deus intelligatur. cum autem de intellectu cunctarum rerum sit colliges tu an extra omnem controuersiam etiam apud nouitios dialecticos pronuntiarum possit aurum esse & deum non esse fore impossibile. Sed de hoc iterum in calce operis uerba faciemus hinc Cardenalem cameracensem postea consulueris. audies hominem in omni etiam philosophia exercitatum in primo commentatorum in sententias dicentem ex quolibet impossibili contradictionem sequi.

Sexto loco dixisti si neque uerum neque falsum esset sedete locratem quod ille asseuerat eo quod necessarium non esset defendere te posse non in quolibet negationem ueram esse uel affirmationem cum in quolibet aut una aut altera necessariam non habeat ueritatem. quam obiectionem soluentes responderemus orationem hanc Socratem scilicet sedere ueritatem aut falsitatem quantum de se est sibi non necessario determinare nec propterea sequi de quolibet affirmationem ueram non esse uel negationem uerum tamen si eo modo quo ipse docet intelligis

Solutio breuis ex uerbis patris.

Solutio quinte obiectionis.

To. de bachone.

Cardinalis cameracensis

Solutio sexte obiectionis

negare etiā poteris in quolibet sic affirmationem aut negationem ueram esse ut al-
tera pars necessario uera sit ait enim me sedere aut uerum aut falsum semper est
quia semper ego aut sedeo aut non sedeo & quod dicitur me sedere nec uerum nec
falsum hoc est propositionem hanc ex se sibi nec ueritatem nec falsitatem determi-
nare quod faciunt propositiones necessarie. Sed cum fieri possit ut et sit uera cū .i.
sedeo & sit falsa cum nō sedeo ex se ipsa ad utrūq; indeterminata est.

Septima ob-
iectio & solu-
tio.

Preterea aduersus nōnulla eius uerba de bono & malo uero & falso que i rebus et
anima fore protulerat inflas hoc modo. Si bonum & malum sunt in rebus uerum
& falsum in anima ubi est tua affirmationis & negationis oppositio negatio enim
nihil ponit quomodo etiam chymera in rebus est & anima. si est omnino non ens
& falsa cum non ens & malum mutuo conuerti putes. Sed oro attendas animad-
uertatq; malum & bonum ea ratione in rebus etiā pronuntiari quia attendant cir-
ca ea res quomodo uerum & falsum circa animam non est enim uerum & falsum in
rebus ut scribit Aristoteles sexto prime philosophiæ libro sed in mente nec propæ-
rea sequatur necesse est ut res quæ omnino mala est res uera sit uerum etiā illud et
falsum de quibus eo loci mentionem facit Aristoteles complexa sunt nec item sequi-
tur si bonum & malum in rebus sunt ob id ea opponi non posse cōtradietoria quia
malum quod in rebus esse pronōnatur nō ideo dicitur i rebus fore ut illud aliqua
esse rem intelligatur sed quia antèditur cōsideraturq; circa res ipsas hoc est i quātū
res perfectiōibus priuatur & ut non bona sint efficit chymera uero ipsa i rebus nō
est quia oīo nō ens est & omnino mala tamē si fieri possit a natura ut esset res est
& bona falsa autem est quatenus nihil omnino existens & nulli quadrat idē nec
etiā eam in anima esse affirmamus sed ipsi chymera notionem que ut res quedā
est bona est & uera falsa uero quatenus chymeram representat cum ipsa chymera
& nihil sit & mala .

Octaua ob-
iectio cum so-
lutione.

Probare possi hec credidisti cecitatem esse ueram quod ille negauerat & si cecitate
esse cecitate uerum esse nec esset inficiatus nec concessisset . Sed ea longe diuersa
esse dixisset huncq; in modum argumentatus es si cecitatem esse cecitatem uerum
est & quis non uideat cecitatem esse ueram idem enim sunt sola enim cecitate pos-
sita ponitur hoc quod est cecitatem esse cecitatem & ablata aufertur unde eadem
ratione Socrates & Socratem esse Socratem idem est & eadem generatione utrū-
q; generatur & per se deus quoque ē deum esse deum idem utrunque enim eret-
num & prima ueritas. Ego uero nūc Antoni cōtra contendo queq; eadem esse affir-
mas inficior nam uno eorum quem tu affers posito non ponitur reliquum necessa-
riam sola cecitate posita nullo intellectu considerante cecitas quidem est non
tamen erit hoc quod est cecitatem esse cecitatem quapropter etiam soluitur argu-
mentum de deo & de generatione Socratis. nam Socrates per se generat non hoc
quod est socratem esse socratem cum complexa nō generetur. licet quoq; tibi con-
donarem ea esse idem adhuc non sequi dicimus quod colligebas ob diuersum mo-
dum significandi complexæ scilicet & incomplexæ cum nullius sane ualoris esset

hec argumentatio cecitas & cecitatem esse cecitatem sunt idem sed hoc est uerum igitur & illud quia pari pacto sequeretur hoc est complexum igitur & illud quod absurdum est cum cecitas nomen sit simplex non complexum aut enuntiatio aliquid aliud igitur est cecitatem esse ueram aliud cecitatem esse cecitatem uerum est.

Et quod hec pro patris defensione sufficeret attamen ne credas plures tutamur prugnandis modis deesse utque absolutor ueniat ad te responsio scias uelim iuxta Gregorium ariminensis sententiam dicere me potuisse & si cecitate posita poneretur hoc quod est cecitatem esse cecitatem non propterea corrogari colligique necessario ea esse idem negat enim hanc consequentiam & multas huiusmodi omni alio a deo circumscripto deus est ergo deus est deum esse. Cardinalis quoque cameracensis negat omnes orationes in quibus aliquid enuntiatur de oratione infinitiua significatiue accepta easque & falsas assertit & incongruas quod in suo primo sententiarum libro uideretur licet.

Conquerens deinde falsum cum hac conditione diuisum non debuisset pronuntiare si hoc est quod diuisum est idque habet uerbis enarras si falsum omne simpliciter diuisum est quod probatum esse non negas dico non dubuit falsum quidam cum hac solum conditione diuisum esse hoc est quod diuisum. Si enim omnis homo simpliciter absolute est risibilis conditionem non oportet adiungere qua restringas dicens omnis homo est risibilis quod diuisum est homo nec propterea restrictio debuit adungi quod non omnia falsa sunt equaliter diuisa aut falsa nec enim omnia entia sunt equaliter bona absolute tamen bona sunt omnia. Sed diligenter eius uerba perpende quibus poteris omnem scrupulum & dubitationem absicere. Air ille omne falsum diuisum nec est falsum ex equo falsum quia non est falsum ex equo diuisum cum equo falsa non sunt que non sunt necessario & temper falsa & ea que temper & necessaria non falsa sunt recte igitur Antoni dictio illa quod diuisa adiecta est propterea que non temper & necessario falsa sunt que falsa et si uera fieri uniri que possunt uel nature uel artificis opera quod & tu in secundis obiectionibus dixisti uerum tamen quod diuisa tandem falsa temper uero falsa sunt ea que nunquam in amiciciam redire possunt ut in secundarum responsione obiectionum habunde uisitur. nec similitudo de entibus & de risibilitate tibi impendio suffragantur. Nam entia sunt temper & absolute bona. licetque non sunt equaliter bona alieque aliis magis boni rationem participant tamen temper & necessario sunt bona quatenus enim entia eatenus bona nec possunt fieri non entia & non bona nisi redigantur in nihilum. Sed potest commode de falso & diuiso quod in complexione consistit non diuisum & uerum fieri. similitudo ergo non quadrat: Nam licet non omnia falsa equaliter diuisa attamen quatenus falsa & non unita & non uera sunt. Adde quod parum turbare nos debuit hec obiectio quis enim ambiget pronuntiare posse hominem qui absolute & temper risibilis est cum hac conditione risibilem fore quod diuisum est homo an improbabitur hec loquutio a uiris doctis homo tandem risibilis est quod diuisum hoc est.

Decimum obiectionum tuarum caput nihil aliud contra eum assertit nisi facile constare potuisse quod dixisti si ratio contrariorum motuum satis ei fuisset intellecta

Gregorius ariminensis.

Cardinalis cameracensis

Obiectio nona & obiectionis solutio.

Decime obiectionis solutio

at ille nisi exiitit consequens e te non probasse quod totiens sequi dixisti. *f. ex* contrarietate prosequendi & fugiendi contrarietatem boni & mali inferri inquitens nisi si bonum qua ratione bonum sit expetendum malumq; fugiendum finq; fugere & appetere contraria quomodo ex hoc sequi probas bonum malumq; esse contraria hoc e quod tibi probandum e ad quod tamen probandum neq; ullum unq; uerbum fecisti neq; nunc facis hec ille negans. *f. formam* argumentationis tue & hac foetasse de causa cum appetere ipsum & fugere non sint proprie motus cōtrati ex quibus contrarios esse terminos colligi possit & etiam ab iplo Aristotele mutatio/ num aliqua contrarietas assignetur (exto physice auscultationis libro quorū con/ trarii non sint termini sed contradīctōni ens. *f.* & non ens quando generatio ab nō ente ad ens proficiscatur. corruptio ab ente in non ens procumbat. Tu uero hanc iterum contrarietatem boni & mali protraxisti nec aliam adduxisti probationem rationem potro contrariorum motuum diligenter illum prospexisse etiam ab ipis ut aiant unguiculis non ambigas quinimmo sepius nō modo tuas aduersus eum de hac contrarietate rationes propulsauit sed etiam contra te egit quando in secun/ da epistola deduxit hanc tuam probationem non solum inferre malum & bonum esse contraria sed contradīctōria esse contraria secundo cum tela tua in te reuol/ rit hoc modo bonum & malum secundum te sunt contraria & utrunq; contrariō/ rū est aliquid posituum & secundum te non ens est bonum ergo secundum te non ens est aliquid posituum & aliquid & ens conuertuntur ergo secundum te non ens est aliquid posituum.

Aristoteles

Vndecime
objectionis
solutio .

Boetius

Cum in tertia dixisses epistola defugere eum ad simplicium reliquis latinis inter/ pretenbus quantum ad oppositionem boni & mali pertineret respondit ille quasi mirabundus cur tu qui boetianus esse soleres & barbarorum imitor eos tunc rades/ res qui posthabitis latinis interpretibus grecos sequebantur interpretes uel commo/ distime innitens te sentire perperā si grecos philolophos magnificandos non esse duceres quos Boetius quē magno habes in precio summo in honore semper habuisset hisq; & preceptoribus & ducibus usus esset quibus replicastem non esse admi/ ratione dignam quā quis dixeris latinos non negare Aristotelem quem simplicius non negaret &c. Sed mihi non uidetur Simplicium negare Aristotelem cum recte in/ terpretetur nec apparet latinis interpretes euariare ab Simplicii sententia quādo eam tota mente complectantur & exequantur operibus si demitatus est negatum a te latinos expositores Simplicium non sequi in maiore sortis stuporem incidisset si te latinos nō negat Aristlo. quē negaret Simplicius potuisse intellexisset porro Sim/ plicius quicq; illū sūt sequi Aristlo. mentē plane elucidant cū ea rōne bonū & malū contraria esse dixerit q; alterum contrariorum semper habeat rationem mali & de/ ficientie quo circa primo physice auscultationis libro contraria semper secundum melioris priorisq; inuicem rationem compari tradidit Pythagoreos etiam imitatus qui duos rerum ordines statuere quosdam alter sub bono alter sub malo contineret usulque sit in ratiocinatis libris frequenter externis exemplis hanc expositionem

Pythagorei

ut inquit ille Thomas tuus non solum latinus sed & inter latinos precipuus nō solum
 Thomas refert sed & probat cui etiam nos ut egidium i secūdo sententiā & alios mul-
 tos Burleū .f. & eſculanum idem sentiens annumeramus quin etiam & lo. scotus
 chategorias Aristotelis exponens adſtipularur huic noſtræ ſententiæ inquiens ſi bo-
 num accipiatur prout cum ente cōuertitur malū eſſentiā & ſic bono nō eſſe cō-
 trariū. cū. n. utriūq; cōtrariorū extra cōtrouerſiā ſit aliquid poſitiuū necelle eſt ut
 quod nihil ſit i rerū natura quale eſt malū cōtrariū eſſe pronūciari nō poſſit. & li-
 cet malum tu nihil eſſe negaueris ad Thomam prouocās ipſeq; opinionī tuæ non
 modo ſuffragetur: Sed & habūde refragetur quod etiam patruus i margine tertie
 epiſtole ſatis oſtēdit: abre tam fore nō putamus uel pauca obiter etiam & i trā-
 ſcruſu pro patru opinionione perſtringere monſtrareq; nō ſolum Tho. i ea opinione
 fuiſſe ut malū eſſet nihil. Sed cateruatim plures philoſophos & theologos illuſtres
 in hāc ſententiā pedibus manibuſq; deſcēdiſſe. Auguſtinum ſuenuimus de moribus
 manicheorum diſſerētē dixiſſe nullam naturā eſſe malū pauloq; poſt ne quid pro
 natura itellexiſſet foret ambigūū ſubiūxit & ipſa natura nihil ē aliud q̄ id quod i-
 telligitur i ſuo genere aliquid eſſe. Vidimus Egidiū romanū i primo cōmentatio-
 rum libro i patrum ſententiās ſcriptū reliquiſſe malum ſecūdū quod malū putam
 eſſe priuationē & nō aliquid eoq; modo eſſe aliquid pronūciari poſſe quo & ipſm
 nihil aliquid eſſe dici poſſet quādo utriq; poſſunt noſe aliquo nominari. In ſecun-
 do quoq; eorūdem cōmentationū libro malū nō habere ut eius uerbis utar quiddā
 tatē ob idq; nō poſſe reſpōderi queſtioni quid ē affirmari nihilque aliud de ipſo eē
 q̄ nomen uerbaque indēm Aristotelis de mali & boni oppoſitione iuxta patru mē-
 tem interpretatur dogmatique ſimplicii & aliorum proborū Aristotelis interpretū
 cōſentit & .l. propria nō eſſe genera pronūcians ſed aliorum cōtrariorū propriū
 genera dici debere cum alter rationem poſitiuū habeat. altero nō habēte nullūque
 cōtrariorū ſecūdū ſe eſſe nō ens: ſed aliqua naturā & eſſentiam id ipſum Grego-
 rius aminienſis teſtatur i cōmentariis i ſecūdū ſententiā librum malū. .f. ipſum nō eē
 aliqua ut ipſius utar ſermone entitatem ſed putam priuationē hoc idem ſenſit p-
 ſpicac: ſimi uir ingenū Robertus olchot queſtione prima cōmentarij ſuorū i ſecū-
 dum theologiarum ſententiārum librum hoc idem plerique alii iudicauere quos i
 preſentiarum adducere mihi ſcribēti tūbique poſt modum legenti ſaſtidiſſe ſortaiſ
 ſua aſſeret ſatis erit quātum ad plēns negotium attinet hos numerariſſe potūſſimū
 cum alijs obiectiōibus diſſoluēdis de hoc iterum oportuerit uerba facere quando
 illis i locis de malo mēto ſit habita. Sed ut eo redcamus unde digreſſi ſumus Boe-
 tium tātum ex latinis oībus cōtra ſimplicium & reliquos illuſtres interpretes citare
 i iudiciū uideris quem ſi tātum latinorum numero dignaris adſcribere is unus
 erit ex latinis expoſitoribus nō latini expoſitores qui tue opinioni ſuffragari uide-
 bitur. Adde q; nec ille ſi eius mens probe ſcrutetur noſtræ ſententiæ reclamāt cū que-
 ſtionem hāc nec exacte pēſculet nec ultimo timetur iudicio ſed ſolum quid Aristo-
 telis uerba ſtrictē & preſſe a prehēſa expoſtulerit declarat qui mos ei familiarīſſi-

Thomas
 Egidius
 Burleus
 Eſculanus
 lo. scotus

Auguſtinus.

Egidius

Simplicius

Gregorius
 aminienſis .

Robertus
 olchot

mus in primis editionibus fuit opiniones grecorum interpretum uarias secū de editioni demandans scrupulose & anxie examinandas.

Duodecime ob
iectionis solu
tio.

Ceterum probasse non modo illum sed demonstrasse existimo quotiensūq; dare tur bonum & malum esse contraria illico Chymeram aliquid esse i rerum natura absq; ulla controversia pronuntiari posse cuius contra te argumentis hoc tantum respondes non perceptū. scilicet ab eo qua rōne bonū & malū cōtraria dixeris nihilq; aliud pro te afferis quapropter nihil & ego aduersus te agam nisi & uidisse illum & percipisse cuncta quae scripseras & cum collabuit multaque de contrariis dixeras te cōfuisse meum. n. hoc in negotio consilium est ultimas tuas obiectiones in patrum dissoluere eas uero quibus ipse quoquo modo responderat silentio pretere uerum tamen si aliquid non plene ab eo enudeatum tibi uidebitur quod a me & optes & exoptules aperiri desiderio tuo satisficere tentabimus per qua tua argumenta & dissolueno & respondendo pro uerbis uagabimur: non. n. minutula quaeq; uerbum tuotū responsione carete iudicauit inconsonum. latetque ille i primis litteris quedam esse omitta quibus nihil responsum est: ne in leuibus rebus uerba prodigret quedam leuiter tractata ut qui philosopho homini res potius indicandas q̄ explicandas duxerit. Quar uerba sic a te uelim interpretari ut nonnulla quorum conuoluerit nota sunt etiam Gregarij philosophi opere precium nō fuisse abste philosopho nobili aduersus celeberrimum & doctrina & fama hominem adduci qui de rebus altissimis hēret sermonem quique ad ima haec discutienda non sine dispendio conceptorum de rebus difficillimis speculaminum descenderet. De hac tamen tua contrarietate sequenti responsione cum de semiplenis priuationibus uerba fieri non nihil dicturi sumus.

Decimetertie
obiectionis so
lutio.

uaticinio foras inuulgantur nonne & legem christianam christi mercurijq; doctrina esse perfectam: & totius religionem & a uirgine suscipere puritatem. Ita haec oculis & nō indignantibus christiani homines legunt: & in progymnis nescio cuius theoricæ aduersus Gerardum multa disputant: nonne etiam scriptum est cum de nouo deligendo pontifice tractaretur deuote supplicandum ut lydius mercuriale suo sancto radio temperet (aiunt enim mercurio nostrā subesse legem: atq; ideo homines christi mercurij hostes uocant) quod nescio qui possit homo xpianus aequis auribus audire. Rogenus Bacon eouq; est euectus ut scribere non dubitauerit errare christianos qui die sabbati non ferientur & operibus uacant ritu iudeorum: cum sit ea dies saturni quæ stella rebus agendis parum cōmoda & foelix existimatur: in quibus uerbis non solum nostros accusat: sed Moysen: imo aperte ex propheta astrologum facit: docens quæ de sabbati feris ille constituit: non diuini alicuius mysterij: sed astrologici dogmatis habere rōnem. Quæ omnia si quis recto iudicij examine penderit: uidebit nullo magis errore pietatem ueræ religionis offendi: cum æque sit impium totaliter nullam putare esse religionem: & ex celo fatali quadam eam necessitate deducere. Quid si qua astrologo capescenda religio sit ad quam erit propensior quæ ad idolatriam: ut eos potissimum deos & colat & reueretur: a quibus omnia hominibus & bona & mala putet provenire. Iam hereses manicheorum arbitrii libertatem tollentes: unde potius putamus emanasse quæ ex ista de fato astrologorum falsa opinio. De superstitione nulla est cōtrouersia: p̄dicitur ab astronomia: oēs: & eas quasi alinas ab illa cōtineri cōfirmat Varro. Geomantia oēs illius scriptores astrologiæ filias uocant. Magi ita huius artis usum sibi necessarium putant: ut magiæ clauem astrologiam appellent. Chiromantici in uola manus septem pro numero planetarum montes effingunt: unde ex lineis quæ ibi cōspiciuntur futura p̄uideantur. Sed has fatuitates particulatim p̄sequemur: cū post euerfam dominæ ac reginæ reliquas oēm superstitionū turba in cursu p̄teremus. Sed parere eā oēs & sine ea stare nō posse huic satis manifestū: quæ nulla est superstitio quæ dierum & horarū electionibus non utatur: de qua eas sola instruit astronomia: ut de ipsa illud ecclesiastici dici possit: uanitas uanitatum astrologia & omnis superstitio uanitas. De morbo plura dicere nō oportet. cum satis pateat patrociniū uicio maius dari non posse: quod si calū auctore habere existimetur: nihilque esse quod nos minus metuere gehennā: aut sperare licentiam faciat. Quæ si proculdubio uera sunt: etiā si uera esset ista p̄fectio quamam utilius ueritas ignoraretur: & cū sit falsa quæ utilius falsitas impugnetur: quæ utique prouinciam utinam tantis uicibus exequar quæ eam iuuanda religionis & ueritatis tuendæ desiderio sum complexus.

Caput VI Fallacem esse hanc artem. si qua sit: tum p̄pter plura: tum propter ter discrepantes astrologorum sententias.

h Actenus consulari utiliter astrologiam ostendimus: indignumque esse illius patrociniū: & philosopho homini & xpiano: nūc priusquam cum astrologis pedem cōferentes cōsulationē aggrediamur: uideamus quantum illa res ipsa

Rog. bacō.

Idolatria.
Hereses.Superstitio.
Varro.Geomantia
Magia.
Chiromantia

Mores.

euenta quæ refellant. Quota enim quæq; res euenit prædicta ab eis / aut si euenit quippiam cur non istud euenient / quo magis soleo mirari nonnullos qui disputant tibi aduersus istâ artē / illd̄ semper obiciunt / cur si uera eorū ars nō est / prædictio / nes tamen eorū uera / Præclare enī secum agi putat astrologus si nobis prædictio / nū falsitatem obiciētib; possunt aliqua latuiscere: tantū abest ut ex hoc loco argu mentum aduersus nos posse sumere se putet. At nullū superba uerba Ptolemaei co nantis dissoluere istâ q̄nem in quibus uidimus eum mendacia astrologorum nō solum in ipsos astrologos parum uel peritos uel diligentes. Sed in ipsam etiam ar tem reiecit se quæ sit incerta & falli plurimum possit. Porphyrius ipse oraculorū res pōsa inquit falsa deprehendebantur / quare numina illa ex caelestibus causis quas habēt explorata illa prænucciabant. Fallax autem prænucciatio quæ ex illis Qd̄ si demones ipsi quos nihil lateat rerum caelestium / futura inde percipientes decipiū tur: de hominibus quæso quid iudicabimus / quorum qui tu ut qui & fuere excellē / tissimi istius arti: si ulla est / ne miseram quidē partem unq; auigerūt. Denique iter omnes artes quæ: oīum proprium est excidere a ueritate / nullus esse iudiciū magis incertum: nec ipsi credo astrologi denegabant. Nam & arbitrium inquit hominis multa aliter facit euenire: & materia fluxus atque mobilitas caelestis sa / pe actionū opera frustratur: & aliud alio fatum uertitur uel speditur. Quod si res humanas diligenter examines nullam fere inuenies in qua non aliquid ex his quæ diximus: præsumum etiā uere de celo exitum nō imutet. Nam & hoīs proprium ar bitrio & ratione res suas disponere: & id quod materiae undique annexum est / & col ligatū illius mutationi uehementer est obnoxium. Tum cum nihil sit male ita oēs fere inuicem hoīes dependent: ut nō sit quem alienius uel laedere uel iuuare fortu na non possit. Sic & filius felix patris infelicitatē / infelicē exitum etiā: & infelix felicem ex bono parentis fato foetetur. Et seruus sua genitura parum fortunatus fortunato domino ager feliciter. Sic milis sarum ex fato imperatoris: & fortuna agroni ex medico: & contra medici ex agrono: aliter atq; aliter fieri cōtinget. Ex quibus omnibus illud declaratur q̄ sepe nō euenire sit necessariū qd̄ cuiq; p̄dixerit ma thematicus etiā si sit uera ista professio ne dū ut ueritas p̄fessionis ex ueris p̄fessio / tum prædictionibus possit cōprobari. Quid q̄ rita inter audientes istius artis dog: Mira & mul / ta inter astro / logos dissen / sio.

uatis est dissen / sio / ut uel omnes uel maximā eorum partem de futuri mendacia dicere sit necessarium. Admirantur ipsi maxime & uenerantur aliquos ægyptios p / las & indos & babilonios quasi antistites caelestium mystenoy: & eorum nomina q̄si numina instantibus buccis imperitorum quondam aurbus insonat. At si ueri illius uera o astrologi dicere uos non potestis qui uisorum libros solos habetis quos imi temini: a uetere illa disciplina undique discrepantes. Ptolemaus enim pars uerum astrologiam quæ. f. erat ægyptiorum ubiq; taxat atque conuellit nunc eam parum dicens consonam rationi: nunc aliis probis laetens: qd̄ libros apotelesmaticos legē / ti facile constat. Neque uero solūmodo ab illis Ptolemaus: sed illi inter se pariter dis sentiebant: indi. f. a caldeis: a chaldeis ægyptiis: cum & a se inuicem & ab his & aliis

Ptol.

Porphyrius

Mira & mul / ta inter astro / logos dissen / sio.

Pto. aduersus astrologos æ / gyptios.

Dissen / sio iter chal. ægyptiv / oīq; astrolo.

Discordia in-
ter graecos a-
strologos.

Discordia A-
rabum inter
se & cū grae-
cis.

Discordia he-
breorū cū grae-
cis & Arab.

Nota

indi & ab his omnibus p̄fer. Nec ipsa minus inter se graeca q̄ barbara concors astro-
logia cū quae reicit Ptolemaeus. Doroteus amplectitur. & alia quoq; paulus. alia
Ephestion alia alii sentiunt. & opinantur. nec ex eis quēq; inuenies qui auctoritate
experimenti. uentorum fidem non colligat. arabes nonne & inter se & a graecis di-
gladiantur. Porro sicut Ptolemaeus illam antiquam ita Ptolemaei astrologiam ab-
icit Albumasar adeo ut in eis libris legi nihil dicat quod uel rationi uel experientiae
consonum inueniatur. Contra Auenrodan nullum fuisse loquutum in astrologia
cum ratione ait praeter Ptolemaeū. & q; si inspereris dicta aliorum inuenies ea mul-
tum a ueritate remota dicta uero Ptolemaei nullo modo posse falsa reperiri. hebrei
quoq; hebreorumq; primus Abraam Auenazza dissentit a Ptolemaeo. & Albu-
masarem saepe lacerauit. imo totū eius librum qui latine censetur de magnis con-
iunctionibus abiiciunt atq; repudiant. Si ueri igitur erunt sequaces Ptolemaei non
ne & uereres arabes eorum sectatores necessario mentuntur. & si libri illi qd̄ isti
iactant in omnium erant admiratione. quare uera probebant. in dōne necessario &
risu fuit Ptolemaeus & Albumasar suo quisq; seculo. & alii similiter ab illorum de-
cretis omnino deuiantes. & tamen ita fuisse semper comperies ut apud omnem gē-
tem. apud omnem aetatem uiri fuerint semper qui uera praedici dixerint ab astrolo-
gis. quod non ueritate dogmatum sed casu contigit. nec unquā defuisse qui falla-
ciam istam non ludibrio. atq; cōtemptui. aut etiam odio habuerint. Sed quicqd̄
de priore saeculo fuerit sane hac nostra tempestate professorum ueritate dogma cō-
firmari non potest. cum & malos plurimum auctores sequantur. & bonos nō in-
telligant. tum ita negligenter obeant istud munus ut nesciant multa quae scire eos
oporteat. plura etiam omittant quae sint consideranda & labori parentes & ad pe-
cunias quaeuis properantes. Quod si docere hac potius astrologiam q̄ confutare in-
stituissem funderem manum ad errata iuniorum proficientiū hanc artem. sed non
hoc meum cōsiliū. Annotare tamē fortasse aliqua luent opereptecium quo ma-
gis fiat manifestum non posse eos uera praedicere etiam si uerissima essent dogma-
ta astrologorum.

Cap. VII. De ignorantia astrologorum nostrae aetatis.

Rannunciata hominum ista uel sunt uniuersalia ut cum ex schēmate anni
p̄ ex defectu solis & lunae. ex congressionibus hyderum superiorum. futura in
uniuersum bona aut mala praenunciant uel sunt particularia qualia ex p̄-
pria uniuersaliq; genitura de priuato illius fato aliquid diuinant. In primogenere
nihil efficacius delectu luminarium a quibus utpote uniuersalissimas causas uni-
uersales maxime inferiorum mutationes eueniūt. In altero nihil habet maius mo-
mentum aequatione. quae de spacio uitae & annorum numero fieri solet. in utroq;
mirum quantum aberrent neoterici barbariq; scriptores quorum auctoritas uisusq;
potissimus apud nostros astrologos scribit Ptolemaeus secundo libro apocleptimorū
in defectu solis duo in primis obseruanda. locum scilicet in quo debet sol. & angu-
lum qui eum locum proxime sequitur. ut si gratia exempli in nona cali regione de-

Ptole.

fectus obtigerit: decimi loci angulus obseruetur si in undecima uel duodecima an-
gulus oriens: quoniam autem ibi graece scribitur τριων προμακρος κρητηρον hoc ē
sequenti anguli: in uulgata translatione: habetur anguli precedentis. unde cōtra-
rius omnino sensus placuit data est barbaris erroris occasio: ita ut Iouannes a stendē
sis in eo opere quem uulgo uocant summam anglicam: cui fides praecipua apud no-
stras: postq̄ se longa & argumētosa torlet questione: itandē ex sententia Ptolemæi
definit eum debere angulum obseruari non qui sequatur sed qui praecedat locum:
in quo defectus luminaris accidit: quod esse omnino sententia Ptolemæi contra-
rium ex eo patet quod diximus quare scilicet graece τριων προμακρος est scriptum hoc ē
sequenti non hoc ē precedentis. Sed quia etiam paulopost Ptol. explicans
ipse: qui nam sint isti anguli: meridianū solis & orientem angulū nominauit. Vbi
admonet nos graecus interpretis omitti angulum occidentis qui sequi defectus locū
non potest: nisi sub terra sol obscuraretur: quod cum accidit uim futuroꝝ effectū
cem habere non putant. Quod si praecedens angulus esset obseruandus & oriens
omitti debuit a Ptolemæo: qui praecedere solem deficientem nisi sub terra non po-
test: & occidentis annumerari qui siue octauo siue nono caeli loco defecerit: praecur-
tere semper eam & antecedere inuenietur. Ex hoc autem errore: tota praedicti
ratio cōmutatur: cum nihil in praedecendo magis respiciant q̄ naturam & statum
siderum cum loco luminarium tum illi angulo praedominantium: qui cum alius
erit atque alius: erit etiam alius aliusque dominator. Ex pro diuersa dominātis sy-
deris natura uaria imo contraria fiet semper de futuris euentis pronuntiatio.

Super spacio uite prauidendo q̄ nihil uideant nisi diuinaculi paucis ostendam
Haly Abenzagel oraculum astrologorum huius aetatis: quarta parte operis sui. ex
sententia ait Ptolemæi quinque esse hylegh. Ita enim ipsi loquuntur: Solem in unam
horoscopū: pro fortuna: & locū plenilunij uel nouilunij: parte antecedētis. Praeter
autem haec quinque planetas considerandos in illis quinque locis: & ius: & auctorita-
tem obtinentes. In proximo capite de eo loquens quem uocant Alchochoden est
autem annorum dator. Ptolemæus inquit Alchochodē faciunt planetam qui plures
auctoritatis habuere in hylegh siue eum respexerit: siue non respexerit: & ita dein-
ceps multa iterat saepe de hoc Alchochoden ex sententia Ptolemæi: nostri astrolo-
gi qui hunc & alios barbaros sequuntur in eodem errore uersantes. Quis sit Hy-
legh. quis sit Alchochoden. ex sententia Ptolemæi in omni genitura perscrutatur.
At uero apud ipsum Ptolemæum tam est nihil omnino illud Alchochoden q̄ est
nihil hyrocereus atq̄ chimera: de lege omnes eius libros: de lege omnes interpretes: le-
ge etiam barbaras translationes nec dictionem: aut dictionem ei respondētē: apud
eum inuenies. nam ista quidem opinio: aliud faciens in genitura Hylegh aliud ui-
tae annorum q̄ largiorem: quem appellant Alchochoden posteriorum est: Ptole-
mæus nec eo a inquireres tale aliquid unquam opinari sunt: ipse loca primum enu-
merat: quae uocat apotheca: Arabes Hylegh: alia latine dicere possumus dimissio:
locia sic dicta ab eo q̄ inde uitae cursus quasi ex carceribus dimissionis initia fortia:

Io. Astedēsis
Graecus inter-
pres. Apo.
Ptol.

Haly Aben-
zagel.
Hylegh

Alchochodē
Ptol.

Euidētissimū
mus error: a/
strologo: um

tur: & sunt nota illa supra terram uel occidenti uel horoscopo aliqua affinitate con-
 nexa: Tum aphetas hoc est dimissores ipsos constituit qui ex illis locis quasi carcer-
 ribus suo ut ita dixerim afflatu uitæ impetum largiantur quos esse uult solem: lu-
 nam horoscopum: partem fortunæ: & prædominantes in illis locis erraticas stel-
 las. Præter hos quibus hyleghii omnes numerantur nullum alium facit annorum
 distributorem quæquod si quos diximus aphetæ largiuntur & accumulari & ex
 hauriri posse putet: cõmersio felicitium hyderum: uel infelicitium: barbari & nostrates
 præter istos Aphetas quos ipsi Hylegh uocant alium esse credunt ex sententia èt
 Ptolemæi: qui uiuendi spacia decernat: quem uocant Alchochodè: de qua re ut di-
 cebam nihil uel qui ipse Ptolemæus: ex cuius tamen opinione de eo ipsi multa que-
 runt: disputant: & definiunt. Nec solum errant in hoc unde tota rei summa depen-
 det. Sed si ipsorum etiam hyleghiorum numeratõe cum inter ea Haly locum noui
 lunii aut plenilunii præcedentes poni dicat a Ptolemæo. Quod tamen huic noct ut
 na fuerit genitura: siue diurna: sciendũ nunquã cesset Ptolemæus. Quid quod iste
 Haly accusat Ptolemæum quasi secum pugnantem gloriaturque magnopere super
 hac Ptolemæi taxatione: in qua neminem sibi unquã ait aduersatum: & deo secre-
 torum reuelatori gratias agit ingentes pugnare autem ita eum dicit quod octauũ lo-
 cum inter hylegia non enumerat: quia horoscopus non respiciat. In Alchochodè
 tamè deligendo nihil putet referre respiciat hylegh an non respiciat quod delphis bar-
 bare: aut quid somnias: Vbi apud Ptolemæum Alchochoden legis: sed scio quod
 eum ceterosque deceperit. Ptolemæus inter hylegia planetas ponit in reliquis locis hy-
 legialibus dominantes nisi re eẽ eos diuersam putat ab hylegiis: ut reliquæ quattuor
 sol: luna: horoscopus: & pars fortunæ: cui & falso nouilunium pleniluniumque addi-
 derunt sola hylegi haberent rationem: planeta eorum locorum dominatores annos
 decernerent. Et quoniam Ptolemæus de dominantibus planetis nusquam dixit: esse
 necessarium ut hylegia aspicerent: marati sunt: cur illa duo que .i. ipsi duo esse pu-
 tant hyleg. .i. & Alchochoden aspectus societate copulanda non existimauerit: cum
 nulla sit tamen culpa Ptolemæi si inter ea que unum sunt societatem aspectus nõ
 quaesiuit. Non enim apud eum unquam cum sol aut luna erunt hylegialia: alius erit
 planeta præter ea uitæ dispositio: sed tunc uisus dominatores planeta cum in anno-
 rum donatione reliqua hylegia auctoritatem non habent: quod cum est nullum po-
 test relinquit uitali planetæ cõmersium cum aliquo hylegiis: quod præter eũ .i. nullus
 inueniatur: quod nescio quomodo illi ex uerbis Ptolemæi nõ intellexerint: aut nõ
 ex eis aliquis hoc deprahenderit. Sed ita in hunc errorem gregatim omnes abierit
 ut non sit qui Alchochoden & hyleg ex sententia Ptolemæi non requat. Vide quo-
 modo sunt uera dogmata astrologorum & quomodo scilicet isti uera de uitæ spa-
 cio possint. præsertim cum his que diximus erroribus maximus accumulatur quod nu-
 merum annorum etiam ex opinione Ptolemæi præscribuntur: planeta qui sit uitæ lar-
 gitio: iuxta illud apud eos uulgatum annos tot esse solis maiores: tot minores: tot
 medios: tot lunæ: tot martis: atque ita de hyderibus aliis: cum tamen Ptolemæus &

Haly

Error Haly

ægyptiacam istam reiicit opinionem / nullam eam dicens habere rationem / & ubi de uitæ spatio loquitur / non ex natura planetarum / sed ex numero partium circuli equatos annos dinumeret / iuxta locum uitæ hoc est diuiforem / & letalem aliū sine interimentem interceptarum / ad quæ scilicet primum lassentis iam uitæ curfus grauius offendat natum ut cum aphetes inter finitorē & fastigia cæli fuerit collocatus inambulatio illa senectus quam graeci uocant ακτιμο βολειμ / hoc est radiolam projectionem cum autem a fastigio declinauerit ad occasum utroque uersum ducta utamur percensione quam uocant ωροσας nos dicere horarum possumus: quæ omnia ita nesciunt nostri astrologi / ut hæc etiam si legant / monstra aut dire se putaturos / equidem nihil dubitem / & nos tamen illorum prædictionibus nimis misere creduli nestorem nobis senectam promittentibus Dominice uocis obliuiscimur / iubentis esse paratos / qui nec diem obitus nostri / nec horâ sciamus / si breuem uitam fuerint cominati / torquemur anxii dies & noctes / & unius tabule uox omnem nobis eripit uitæ locunditatem. Inquit Haly si planeta fortunator fuerit in horoscopo addet ex sententia Ptolemæi annis uitæ / annos suos minores / & tamen ut mox dicemus apud Ptolemæum nulli sunt planetarū anni / uel maiores / uel medii / uel minores / & de annorum additione loquens Ptolemæus / aliam omnino uisū sequitur / usus horarum partitione / quâ ille puto non intellexit / sed non oportet singula prosequi alioquin in immensum liber excreceret. Iam in ipsiſ questionibus quas uocant interrogationes nonne etiam ita insigniter errant / ut ex uno errore tota respondendi ratio peruertatur / uulgatum enim quasi proloquium est apud eos septimum thematis locum hoc est occidentem dari rei quæ sit. Et tamen Ptolemæus hunc locum non consulenti / aut rei de qua consultitur / sed ipsi qui consulit Mathematico præcipit dari / quod & mathematici indorum obseruabant / adeo quod cū occidentis & domini occidentis male se haberent quæstio non respōdebāt: errorē scilicet metuentes. Sexcenta hoc genus habere eorum errata quæ referrem nisi illud potius spectarem / ut tota pfectio errare declararetur. Nam nuper Ptolemæi libros cum barbaris & latinis auctoribus conferenti fuerunt / sepe omnia ueribus confirmanda.

Cap. VIII. De indigentia astrologorum nostre ætatis quæ tanta est / ut et si uera esset astrologia ueri ipsi esse non possent.

Am uero indigentia quæſta / paucos enim inuenies etiam ex his / qui supputandi habent rationem / (qua tamē eorum maxima pars caret) qui ut ueram positionem syderum allequantur ad effemeridas non conſugiūt: quod & quodā loco testatur Bonatus his uerbis sapientes inquit istius artis utuntur Al Bonatus. manach / sic enim arabes uocant ephemeridas: hoc autem qui faciunt & pperā dicere & omittere multa ē necessarium: unde omnis prædictionū ueritas infirmetur sepe. n. ibi nunquā de latitudine planetarū ulla significatio: qua ignorata ubi nō erabit: ubi non metietur astronomus? Si uera istius artis decreta existimamus: maximam. n. habere uim putant sydera in incū duodecim cæli locorū cōstituta. præ

seruim in cardinalibus: ac in illis cū erunt non eēt: & cū non erunt eēt putabit: q̄ solā
 eam quæ in rectū progressionē obseruans declinationē ad latūs syderū non p̄sper-
 xit. Cum. n. stella uel ad aquilonem uerget: uel ad meridiē: & seruis oritur: & ue-
 locius semper ea p̄e signi in qua est collocatur: atq; ita interdum putabis supra ter-
 ram esse planetam qui erit sub terra: & iam occidisse qui supra finitorem cōspicu-
 us ēt apparet. Quod cū in omni p̄dictione errorem pariat magis tamē eos tum
 faciet excedere a ueritate cum nataliciam horā ex conceptionis hora inuestigabunt
 quia si lunam proximam esse contingat occidenti: poterit putari si occidisse quando
 erit adhuc supra terram: & cōtra nondū esse demersam cū latebit sub oriente: qđ
 ab hora conceptionis p̄ multos etiam dies faciet aberrare: planetarū radiā nōdes lati-
 tudine ignorata quis recte determinauerit: Quis in ambulationem syderis alicu-
 ius sc. n. graecis dicitur uulgo directio nuncupatur recte dimetentur? Cum oīs sem-
 per utroq; uerlum a uia solis syderis declinatio uel locorum aliquot annis rei euen-
 tum: uelociore faciat: uel tardiore: hinc in stellis non erraticis dūponēdis quātus ēt
 lapsus eī uulgo eo loco collocentur ad quē recta in lineam p̄gressionē seruitur. Cū
 qua autē eali parte si uanis regionibus: uel occidāt: uel oriantur: uel incitū etiam re-
 liquarū domoy affulgeant oīo nō considerent quid q̄ & locū planetarū parum se-
 pe ex fide ostendūt ephemerides: non solū uitio librationoy: sed sepe auctoris: q̄ aut
 parum diligens fuerit: aut parum peritus. Mito q̄ alii aliis utuntur astronomi ta-
 bulis: interdum parū exactis: aut cū quidem ēt ille suū sibi fecit diariū a ueritate
 parū aberrantibus hac aut tēpestate magnopete. Sed tabulas Ptolemai si oīs rei-
 ciunt: Alphonū pars magna doctioy sequitur: in cuius radiabus euidentē iam cō-
 stat esse falsitatē. Sed nec minus somniculosi horoscopo si diligendo: & duodecim
 reliquis locoy celestū inuitis capessendis. Vidi ego multos & peritia nō mediocres
 & boni ēt nominis in ista p̄fessione nescio qua sua uti tabella pro distribuēdis. xii.
 domibus: (sic eas uocāt) quocūq; calo natus ille fuisset: cuius genituram erāt ilpe-
 ctun. Quod si aliquādo uolūt esse diligentes notata dimatis differentia: quā solā
 es Alphonus ostendit: uix ultra exactus aliqd p̄scrutabuntur. Iā declināōes ab
 equatore: & circūserēnas planetay: & sublimatiōes uarias in circulo breuiore: uel
 in eronico motū latitudinalū uicissitudines: in genituris diiudicādis: q̄s nūc ob-
 seruat: de equandis diebus q̄ multa nesciunt: q̄ multa p̄perā dicūt iuiores. Quæ
 oīa ideo diximus ut fiat manifestū nō posse ex fide p̄dictionū istā p̄dicendi artē
 cōfirmatū ēt si uerissima cōstat rōe: artificū tamē uitio hoc ē uel ignorātia uel ne-
 gligētia ueritas de futuris sciri nō possit. ut si id nō p̄suadet astrologie sicē nō adhi-
 bēdā: p̄suadetū saltē istis ut dī epigramate ἀστρολογὸν ἀλογὸν astrologis
 ne fides adhibeatur:

Cap. IX. Raro euenire q̄ dicit astrologi qđtū externis tū domesticis exēplis oīdē

T si sani si ueni essent: etiā nō omnino: sed magnopete: nō solū nō eiccti ciui-
 tanos: & apud prudentissimā quēq; ludibrio semp̄ habitū: sed si mo si hono

re apud omnem aetatem apud oēs gentes fuissent. Tanta. l. est hōrum curiositas p̄ sciendi futua. p̄serti qua ad se attrahit: & de his q̄ hoc p̄stāt tāta iure etiā opinio & exultatio: & tam erectas statuas. decretos publicos honores. & philosophus legimus. & medicis & poētis. & ipatonibus. & astrologis nūq̄ legitus. sed legitus decretos irrifos i fabulā etiā populi uerfos. ita ut fabularū allegoriarū quæ de sensu uitæq̄ cōi ple-rūq̄ ducuntur taxationē istius uanitatis apud ueteres cōnnerēt. Qui. n. Homerus al- legorice exponūt p̄ illā Ichari fabulā q̄ facticiis p̄nis calo tenuiore se cōmittens in mare p̄cipitatus est. astrologos autē designari: q̄ p̄nis temerariæ p̄fessōis in calū se subtolentes cum de calēstibus suis dogmans quibus sublimari uidebatur quod sint p̄ dicturi. in pelagus ruūt mēdaciōis: & quod aliis egermus uel testimoniis uel cōiectu- ris: cū ip̄a hoc nobis quotidie experientia testificetur i re p̄serti i qua sicubi p̄t maxi- me posse debet astrologia p̄stare: ueritatē aens. l. mutationibus p̄dicēdis. pluuia. sic- citate. aestu frigore. uentis. grandine. terremoto. in q̄bus a deo salū quotidie depre- henduntur. ut nullus fere nūq̄ diei status eorū p̄dictionibus respondeat. Obserua- ui hyeme ista in suburbana mea uilla. in q̄ hac scripturus insignē oēm singulis die- bus aeris mutationē. ip̄is iteri ante oculos positis decretis astrologorū ita salubre mi- hi ubiq̄ saueat calū. ut i diebus supra centū atq̄ triginta iugi obseruatōe nō plus sex aut septē tales uidi dies: quales i eorū libris iuratos ante sp̄nderā. meminit puto ad- huc Pādullus collēnutus meus iun̄s quē cōsultus: sed i oībo litteris ingeniosissime eruditus q̄tū nobis Bononiæ r̄sū. sup̄ illa se dederit quā mathematicus qui nos ea die copiosissimos hymbres iubebat expectare quā totā lucidissimus sol & clarissu- mam & serenissimam reddidit. Ambrosius in Exameron cū ante inq̄t dies aliquos esset sermo d̄ pluuia quæ fore utilis diceretur. ait quidam ecce noemēnia dabit eā: Attamen nullus imber effusus est. donec precibus ecclesie. l. himber datus mani- se flaret: non de motis lunæ eum sperandum esse. sed de prouidentia misericordiq̄ creatoris. Macille: Ex cuius uerbis & uanitas astrologiarū. & efficacia religionis re ip̄a comprobatur. Possunt igitur qui sunt rationum manus capaces & suam fidem illis hominibus mancipauerunt hāc se uia asserere i libertatem. ut de aeris statu i certidē eos interrogent: de quo cum falsa eos dicere fere semper inuenient: faci- le anima. uertent si de nubibus etiā nebulones illi tanta mentuntur: multo ma- gis in hominum & populorū fatis diuidicandis falsa p̄dicētuos: cum hic. l. p̄dicantur & quæ calo subiacent minus & quæ difficilior longe laboriosusque p̄uidentur. Quod si quæ super hominum genituris quotidie mercennano uaticinio fabulantur quis examinauerit. Videbit etiā multo plura mentari q̄ cum sup- aeris qualitate respōdēt: & nisi dum minutatim aliorum prosequor ineptias: inep- ti ego uitium mihi metuerem: assererem multas. & uiuentium. & iam uita functo- rum genituras. foelicium infelices. & infelictum oppido q̄ felicissimas: in qua re sane tam nihil melior q̄ scio diuinā ueritatē cui plens expeditio militat mendaciis nostris nec egere nec delectari. Sed contentus ero domesticis quibusdam exemplis

Pādullus
collēnutus

Ambrosius

Salubre dog-
ma.

quibus praesertim admonitos uelim: qui diuturnam a mathematicis uitae promissio-
nem habentes euāgelicæ uocis obliuiscuntur: monētis nos uigilare ne dies domini oc-
cupet ipsaratos: primo Octelapho principe soroluiensi cui Lucretia soror nupserat: quæ
Luceia soror
Hieronymus
manifestus
astrologus .
æno obiit: omnimodæ uitæ incolumitatē fuerat pollicitus Hieronymus manifestus
astrologus
alioeum mortem: qui nec suam ipse prauididerit: nam cum proxima estate uitæ sit
funditus: in illius eamē anni publico uaticinio qui .l. ei fuit fatalis: multa & mira se
quenti anno dicturum se non semel pollicebatur. Qui nescio oppignoratam fidem
quomodo reuertit: nisi forte de celo ueniens nunc terrena despiciat: quæ de terra oli cale:
Petrus atten-
dalu. Hede-
nota neptis
ex fratre .
Constitia fra-
tris uxor .
ita suspiciebat Petrus attendalu iuuenis ingeniosus qui Helenoram habuit uxo-
rem Galeoi fratris filiam: obiit anno superiore lubini & inopinati morbi molestia
necatus: cum nihil ei tamen tale astrologus prædixisset cui maxime ille credebatur:
sed securitatē uitæ promississet: Constantia Antonii fratris uxor amantissima: quæ
Rome ab hinc biennium publico fere luctu totius urbis uita excessit: nonne uani-
tatem istius artis nobis testificata est. Quæ quo anno desiderium nobis sui reliquit
non solum prospere ualiditatis: sed felicissime etiam uitæ ab astrologo promissio-
nem acceperat. Quod illa nihil oblita: cum iam animam agens collacrumantis uiri
a quo unice diligebatur manum teneret. En iquit quæ uera uaticinia astrologorum?
Contra ipsi Antonio fratri deus bone quæ mala: quas moles molestiarum: quan-
tum periculum: hoc anno astrologia minitabatur: Et tamen nullam ille calocor-
expertus iniuriam: uixit sospite familia: re salua: ualidit sine integra: nulla uel ifor-
tunij: uel periculum qualificatione iactatus. Et ne forte mentis solum nostrum pu-
tes astrologos scias idem etiam ueteribus accidisse. Seneca quodam loco lacerans
Claudium Cæsarem foelicitissimum: introducit Mercurium apud deos illius mor-
tem procurantem: & ut obiter istam conuellat uanitatē: inter alias causas quibus
mercurius mortem persuadet imperatoris. Commiseratione inquit hoc etiam chal-
deorum faciatis: qui iam tot annis illum efferunt: prædicebant. s. mathematici sin-
gulis annis Claudium moriturum nec tam ille moriebatur. Quod cū legerē uenit-
unt in mentem nostri diuinae qui romanum pōtificem ipsi quoque singulis an-
nis efferunt. Scribit Cicero: & Pompeio: & Crasso: & Cæsari a chaldeis prædictum
neminem eorū nisi senectute: nisi domi: nisi cū claritate: esse moriturum. Quare &
mirum uideri sibi inquit orator prudentissimus quæquæ extare: qui credat his quo-
rum pōdicta quotidie uideat re & euentis resilli .

Caput X Cur astrologi aliquando uera prædicant.

Ed eueniunt tamen interdum quæ prædixerunt. At cum multo sint plura
quæ non eueniunt: cur incidisse eos casu in ueritatē nō arbitremur? Quid
quæ nulla est ars tam anilis: tam uanae superstitionis: quæ non eodem argu-
mento uera comprobetur. quia aliquando. succidat quod ex ea prædictū sit. Neg-
ent ulla est quæ hoc nō assequatur: etis quæ in te ipse tibi temerariæ sortuitis: quæ con-
fixeris. Quare dicat mihi quæ tōc ista moueri: putet ne oēm artē diuinae uerū an

multas potius uanas & falsas. Si multas falsas probabo ego illas ueras eodem argu-
 gumento: quate interdum .i. eueniat quod pronunciauerint. Si omnes ueras i pu-
 gnantia eos credere demonstrabo: quia de eisdem rebus diuersas artes diuinatrices
 idem non respondent. Expertus enim ego sum sepe: atque cencies: cum super eadē
 quæstione figuram mihi & geomanticam interpunxissem & astrologicam delini-
 assem. alium mihi in nois: alium in syderibus euctum apparuisse. Quod si quis forte
 te non credit: expectatur ipse & super eiusdem hominis lato consulat. Chironantē
 Astrologum & Geomantem & uidebit fere semper non idem in manus lineis de-
 signari. quod uel ex nois geomanticis: uel ex planis astrologicis pronūciabitur.
 Et si euentum rei respiciat ueritatem ibi magis inueniet ubi minus sperabit. Siue q-
 tibi plus possit casus ubi minus est rationis: siue q- in illis spiritalis improbitas liben-
 tius nos ludificet. Astrologorum prædicta multiplex tamē adiuuat fallacia: Cui
 sepius apothelmaton fide non tam probentur q̄ probari multis uideantur. Nam
 si de præteritis eis est dicendum: ut ostendatur talia euenisse: qualia calum signifi-
 cabat: nihil eis deest ad intencidos animos impentorum: quoniam nulla syderum
 est posicio: nulla genitura: in qua & prospera & aduersa significationis multiplex
 constellatio non inueniatur. Cum præteritum non pauciora ipi sibi finxerint in celo
 q̄ tibi ab initio sydera deus formauerit: quare semper habebunt in præteritis rebus:
 unde politionem tueantur: raro enim non inuenient i planetis quod uolent: tamē
 multos eos modis & felices faciunt & infelices: plus in caelestibus. i. iuris habentes
 q̄ in terrenis: ita eis semper celi locus uel signi bonitas: uel malicia: uel alterius stel-
 lae radiatio: uel cum sole amor: cum horoscopo odium: uel amicitia suffragabitur:
 aut si tandem illi non satisfacient: uel uisum implorabunt: a stellis non erraticis: in
 quibus ipsi nunquam non errant: aut si nec ipse satisfacient: satis præsto erunt: in
 uel indorum imagines: uel partes ægyptiorum: uel antilia Firmici: uel dodecathe-
 moria chaldeorum: uel fictum omnino aliquid ab eis: in quo tanto magis quasi su-
 per occulto dogmate glorientur: quanto magis & falsum erit & commentitium.

In futuris prædicendis minus habent occasionis ad fallendum: quæq̄ nec in his de-
 sunt: nam & multa conuincunt terram potius ut dicitur q̄ calum obseruantes Eur-
 pidis illi recordari bene qui conuictus uates optimus esto: & generaliter quædam
 enunciant: quæ non possunt fere non euenire: aut non putari saltem non euenisse.
 & ambigue profertur: more oraculorum multa: semper aliquid excipientes: i quo
 possit illud quod est prædictum: uel minus: uel augeri: uel impediri: ut si eueniet
 non dicas non prædictum: si non euenierit: nihilominus ueri existimentur. Explici-
 tum particulare certum: ab eis raro audies quicquid: & cum tale aliquid audens:
 uel quod est rarissimum casu probant: uel quod est frequentissimum experientia
 refelluntur. Sed accidit quod de templo ille dixit Apollinis ut bene dicta memori-
 ter celebrētur: errata nemo recordet: qm̄ & hæc sciri nolēt q- eis facti: & q- cōtenēt
 tā hæc quæ illa oīo nesciūt. Nō ē aut̄ præteritū qd̄ dicit Augustinus & ratio plura:
 de occultis demonum affiliatione quæ nescientes patiūtur: alioq- eos steridū ueritatē

Astutia astro-
 logorum.

Euripi. Inia

Eulogium de
 Apollis templo
 Aug. Inia sup
 ueris astrolo-
 pdictionibus

quam alioquin non assequerentur: quod fieri putandū si mirabili prædictione: particulariter aliq̄ factū dictumue pronunciauerint: quod nec ip̄am artē astrologiæ sc̄ stare posse testatus est Ptolemaeus. Sed mirabitur aliquis quō hoc nescientes patiantur: & tamē quicquid prædicūt afflariōe tamē demonica prædicere illa eos putemus. At uero hoc fieri multis modis potest: de quibz astrologos in re simili admo-nebo. Est enī cōsensus apud eos aliū esse alio magis fortunatū astronomū. in alle-quenda ueritate: pari in utroque ingenio doctrina & diligentia: hoc igitur esse fortunatam dicant mihi ipsi quid sit: si non alia uia uestrigat ueritatem quā ex dogmatis artis: que qui æque aut melius etiam tenuerit: non erit tamen in ueritate prædicenda æque fortunatus. Porro hoc aliud non est quā quā fere semper super eadem re uaria constellationes: & super eadem constellatione pugnantes uel diuersis auctōrū opiniones occurrunt: flecti cœlitus animum prædicentis: in uerā sententiā multa tē-tando incidere impudenter in ueritatem: hoc igitur idem etiā poterit occulta & latentis demonis inspiratio a qua q̄s actus agi tamen se nō percipiat: quod cum sit: quælibet fiat non est nunc latius explicandum. Sed neque hoc solum demones posse diuina potestas & sapientia limit: sed illud etiam ut quod falso prius fuerat prædictū opere implentes ip̄i. uerum efficiant. nullam de cœtus sūma iustitia penam exigē-te: quā ut quæ diuinæ ueritati superba ingenia non subdūtur. nebulonis de ide unius & lycophite mendacis: & fidem. & libertatem obliget suam. Sed puto satis multa iam diximus. cur aliquando isti nugatores uera aliqua effutire & spargere uideantur: quā ut a principio dicebamus non est in hac re magnopere laborandum quādo quæ temere uel assute uera prædicunt præ his quæ mentiuntur teste Phauoris no pars ea malefima nunq̄ inueniatur.

Disputationū Ioannis pici Mirandulæ aduersus astrologos libri secundi finis.

IOANNIS PICI MIRANDULÆ DISPUTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER TERTIVS.

Caput primum Quid libro pcedenti actum sit & quid deinceps agendum: quoue ordine.

Quimus populi quæstionē sc̄icitantis identidē sup astrologis: unde responis illorū fides: si professione nulla soliditas: Dixi quæstionem quæ. I. accurati doctioresq; non utantur. Quibus notam nec sæpius euenire quæ dicant: sed raro quasque dixeris ex accidenti: Nec si conueniant colligi tam necessano ueram artem: sicut nec ideo necessario falsam quæ in prædictis sæpissime mentiuntur. si quidem possunt ex præceptis ueris pronounciari falsa: non tam ob artis

omnimodam falsitatem: & opinabilem cōiecturalemque incertitudinem: ut artificis omiserit uel ignorantiā uel idiligentiā. Sicut cōtra uera de falsis nō ueritate dogmatis: sed astuta pronunciantis siue felicitate: siue casu: siue occultis promotione prenoſcentiam numinum quæ prædicunt: siue aliis de causis: quas superiore libro satis explicauimus. Quod si cui persuaderi non potest: reuocet ad memoriā quæ: ta paulo ante super incuria: super etiam astrologorum ætatis nostræ utinam citra odium inuidiamque dixerimus: nec poterit (nisi falli cupit) adduci: ut quomēs ueritate assequuntur: putet eam ab illis inuentam potius quæ reperiā. omnino librem hanc dirimet sequens tractatus in quo demonstratum cum fuerit quæ de celo p̄dicunt ea cās ibi uel signa non habere quibus efficiantur uel indicētur: aut si hinc inde: fieri tamen aliter quæ astrologi sentiant: aut si eo quoque modo: non tamē ab his causis in celo neque ab his rerum in terra p̄mordia: tum si dentur hæc omnia certe non hæc p̄mordia: non illas causas ab hominibus posse deprehendi: uel si deprehendi forsitan possunt inendum tamen esse deprehensas hoc totum in quæ cum fuerit demonstratum: puto fuerit bonis ingeniis extra contouersiam si quando ad ueritatem astrologus offendant in nullam hoc causam non uerius posse redigi quæ in ueritatem professionis. Quæ tam multis uidelicet iam nominibus falsa: nec ullis ueri rationibus nixa: sed cōmentitia: præstigiōsa p̄pterea que sua natura mendax liquido apparuit: igitur confutationem iam ipsam aggrediamur id p̄imum excutientes quod totius negotii summam habet: an efficiat calum quæ de celo pronunciant: isti diuinatores. id quod ita tractabitur a nobis ut hoc quidem libro defendamus agere calum in nos tantum motu & lumine præter hæc frustra occultiores afflatus alios cogitari tū a lumine illo syderū & motu nō aliud cōmunicari materia patiēti quæ motū: lucē: & calorem: calorem in quæ & corpora cōsumatē illuxu generalis: & ad uisā uitæque functiones capacia uitæ corpora disponētē: hoc ab osbo fluere: stellas: quæ nō sit cōfessū osum ad nos et planetas: defluuia puenire: quæ uero p̄ter ea largi in sydera rebo in inferioribus: nec rōne p̄bati: nec expimentis cōuinci: nec auctoritate p̄suaderi procerum philosophū. Quin hæc omnia ob stare ne præter hos cōmunes influxus p̄tinere celestium uim ad sublunaria corpora aliquo pacto intelligamus. Quare peculiāres rerum proprietates etiam corporatas: siue quæ speciem: siue quæ rem particularem cōsequant a stellis originem non habere: præter quæ ratione principii uniuersalis: sed a propria natura ipsarum rerum causis: earum proximas & cognatis. Atque ipsam hanc nostram opinionem non alius magis quæ quibus utuntur astrologi contra nos argumentis asseueratam probabilemque reddemus quod cum fuerit satis explicatum: tamē ad eum tractatum quarto libro deueniamus: ut si de mus astrologis uires occultas inesse radis præter lucis effectum atque caloris unde homines reliquaque natura uarias fortiri dotes & potestates peculiariter possunt: eas tamen non inesse illis quas existimant uires: nec ab eis quæ de celo diuinant: a p̄tissimis rationibus: & consensu philosophorum theologorumque omnium quicunque illustiores indubium faciamus. id quod ubi cōfessū satis uidebitur singulis cetera

etatis quæ de hyderibus uaticinantur adiciamus & illud relinquemusq; restatissimum quæ non sunt a celo : a celo non significari : hoc est quocumq; celestia causa non sunt eorum nec esse signa. Quare nullam esse rationem quæ obtem suaderi de celo possint. Nunc p̄statum qd̄ primum proposuimus uideamus quibus nos petar qui omnia stellis quasi euincta duci gubernariq; contendunt ut mox eadem nō repellamus solum. sed in aduersarios ipsos ui maiore q̄ uenerint ope diuina treti propeamus :

Caput II Quinq; rationes quibus astrologia roborari posse uidentur.

A tiones quibus astrologi persuadere conantur mutationes quas cōq; sub
 e lunaris mundi : sed & rerum omnium diuersitates : tū fortuitos casus & ho
 minum mores ingeniaq; pendere de stellis hæc potissima sunt. Theologos
 & philosophos una uox est mundum inferiorem adeo per celum gubernari : Hoc
 Aristoteles uulgatissima illa sententia docet necessario mundum hunc inferiorem
 superiorib; mundo esse contiguum : ut omnis eius uirtus inde gubernetur. Sic Au
 gustinus quoq; dixit Augustinu sper corpora subeliora grossiora hæc regi atque mo
 ueri. Quis igitur inquit dubitauerit mutationes quas cōq; rerum terrenarum a
 motibus heri corporum superiori / Quod uel ipsa quoque demonstrat experientia
 uariatis anni temporib; ex accessu solis ad nos atque recessu : unde uiuentiu quoq;
 omnium habitus & conditio uariatur : dū temperat arua calū : dum uariat fruges
 redditque rapitq;. Sed & in diurna reuolunōe : sol aeris qualitates imutat : plus mi
 nus tum meridie : mane. uespere. calefaciens : exsiccat humori frigoricq; dereliquē
 luna quantas habeat uires in omnia corpora præsertim fluxiora q; ignorat. Estus
 hæc oceanis faciens ascendens atque descendens : pontum mouet & terris imittit &
 affert : sed & sūmerfa frenis concharū & carcere clausa ad luna motum uariant ani
 malia corpus : Crisimi dies a medicis obseruati luna soliq; motus sequuntur. Luna
 plena nascente : diuidua p̄tate ceteri tempestates & in corporibus agitari uidemus
 humores hunc pastoribus nauticis agricultorib; obseruationes multe de luna : moti
 bus acceptæ : multipliciq; experientia multis retro seculis comprobata. Curigitur
 si luminarium manifestiores impsiones : & in permutandis inferioribus auctori
 tatem perentimus / cessare reliquas stellas : & inefficaces esse credamus : nec eorū
 uires ad nos quāq; occultiores peruenire quibus subdita illis corpora uariis modis
 afficiantur. Quorum gnari atq; prudentes. Accretiora quæ d̄ de futuris euentis pos
 sint scognoscere : q̄ quæ medici : pastores : agricolæ : nautici : p̄diciant. Præterea ne
 mo p̄negauerit aeris habitum tempestatesq; de hyderum statu positurasque ua
 riarū cū & calor & frigus & siccitas & humiditas. & quæcūq; in sublimi sunt am̄p
 siones a celestibus motibus & influxibus generentur. Quod si terra uiscibus in
 clu si sicciores halatus terram mouent : si caritatem in aere ex qua actuo illarū qua
 litatum uel exuberantia uel defectu : si caritatem annoxæ uel humiditas nimia fa
 cit uel siccitas : cum a ut fructus leguntur : aut feruntur : inuicem fertilitatem sta
 tus aeris modicas & opportunus : Quis negabit a stellis non modo tempestatum

Aristoteles

Augustinus

Tertia cō

mutationes & terræ motus. Sed pestilentijs quoq; & morborum varia genera in hominibus in pecoribus; salubritatē regionū; & fertilitatē sterilitatēq; puenire. Tu si cōstamus nos quoq; ex iisdem qualitatibus & corporis temperatura mores igeniāq; uariātur. integra tam libertate cur nō fieri pōt ut ppeniones in nobis ad iram in maiusuetudinem ad effectus alios bonos & malos a hydenbus fiant. bilē; sanguinē; pituitā; atrā bilē; uel fuscitantibus uel frenantibus quos humores affectus illi plerūq; comitantur. Cur nō pariter sicca calidēq; calorū impphiones bilē exacuentes in nobis; ad iram uirgia; cōtumelias; inimicitias; excitare possūt. Vnde bella; cedes; uastationes; unde impia regnaq; mutantur; post hæc ita colligit Ptolemæus. si faciunt stelle diuersitatē corporis & animi; deriuatur hæc deinceps ad ea quæ sūt qdē exteri; seca. sed habent cū illis affinitatē qualē cum corpe uxor facultates: cū aīo dignitas & honores; hæc ē p̄cipua rō Ptolemæi nec oīum effectricem hydes; uim p̄bat aliter ullo loco q̄ ex efficientiā primarum q̄litatū quas pducendo cetera quoq; pducant consequenter; quare nec alias a fieri cōs q; hæc quidē Saturnus. hæc iuppiter illa uero Mars opetur. q̄ q; iuppiter sit planeta calidus & humidus; Saturnus siccus & frigidus; Mars siccus magis & feruidus; hoc de stellis erraticis; hoc de non erraticis pariter sentit; ex natura primarū qualitatū erraticas; ex erraticarū natura iudicans nō erraticas; uerum. n. uero possent aliū relictis primis qualitatibus; ad occultas uires eminentioresq; confugere. q̄s inesse celestibus plurimas & efficacissimas ambigat non cōueniat. Si qd in terrenis quascūq; singulares & excellentes dotes intuemur eas calidū solemus munera existimare; quæ nō elementares de quibus illa corpa coalescunt q̄litates; sed insulsi illis potius uirtutē celestis cōsequuntur. Quāto igitur magis nō carebūt huiusmodi uiribus & proprietatibus nobilissima illa corpa luce tam clara; mole tā uasta; agitatioē tā rapida; aut quo nā pacto si cū motu lumine trāsmittuntur ad terrā nō erūt mirabiliū apud nos effectrices; Postremo cursus humanarū rerū de quibus astrologorū potissime diuinano calidū fatiq; præter uel nolētibus undiq; p̄suadere uidetur in quo uarietas ipsa familiaris & frequētissima; tū multa supra uires nostræ mortalitatis fieri uidemus; multa p̄ter rōnem & meritū; pluri ma p̄ter ordinē & institutū cōdicionis humanæ; q̄ cōs alibi q̄ in celo nullas hēre posse uidētur. hic habiliū ad philosophiā ille nascitur ad poetiam; alias līas asp̄natus uel ciuile negociū uel arma libentius felicisq; p̄tractat. Vnde ista uarietas ingeniorū; Est q; diuitias nihili faciat; ē q; aiā in lucro uēdat; hoc sobrius; ille nequū; hic ad dā ille meticulosus unde tāta in moribus dissimilitudo; Alexander oriētē tam cito

Ptolemæus.

Ratio q̄rta

Ratio quinta.

Alexander
Aristoteles
Pythagoras
Socrates.

can; tū portenta igniorū q̄dam & monstra uel scicdis gaudētū. uel ut semel dicatur a legibus exorbitatiū humanitatis. nōne illā sibi uim quāsdā. necessitatēq; lata his potentia testari uidētur. hæc sūt illa quibus cū plena sit uita mortalīū / psuadēt multis istas bonoy; malorūq; uicissitudines meritas uel imeritas tātāq; re; uarietatem a stellay; motibus fieri quarū impulsibus fragilis & caduca mortalitas. ægre aut nunquam reluctari possit.

Cap. III. Retorquetur prima ratio atq; ostenditur calū cām eē uniuersalē neq; ad ipsam s̄diuiduorum uarietatem referendā.

Cōcessis rō-
nibus astrolo-
gorū nō seq̄
qđ contēdūt
Retorquetur
prima ratio

On istas rōnes a strogoy; necdum labefactare. sed exaugere studuimus na
n quid se defraudatos exoptularēt. primū aut illud lectore scire uolumus et
h rōnibus his cōcederet nō p̄pterea sequi ut aliq; possit eē a strogia qđ
sequētibus libris innosceret. Sed adeo illis nō cōcedimus. ut ex illē locis ualida cō-
tra eos argumēta sūmamus. nam qđ ad primā attinet rōnem simul atq; dixerunt
a strogoy; motū omnē inferiorē a celi motu dependere. statim dogmati suo cōtra-
dixerūt. cū inde illud sequatur. ritum apud philosophos. ut calū uniuersalē causā
effectū inferiorū. cā aut uniuersalis effectus nō distinguit. neq; aut hoc fiat. aut il-
lud queritur ab ea. sed a p̄ximis causis. quæ uariæ & differētes sunt p̄ effectū dif-
ferentia & uarietate. & cū ex his alia aliud faciat. uniuersalis cā cū oibus oīs facit.

Quod cū manifeste appareat in rebus natura sp̄q; diuerfis. mirū quō non intelli-
gant multo magis idē credendū de uarietate indiuiduoy; quæ quāto magis & par-
ticularis ē & a materia plurimū trahēs originē. minus referri pōt in cām maxie &
formalē & uniuersalē. at q̄ nō uidet calū cū equo equū generare. cū leone leonē.
nec eē ullā syderū positionē sub q̄ de leōe leō. de equo equus nō nascatur. Cur nō
eadē rōne cū diuerfis parētib; diuersos calū pariet siliol. licet eadē similitudine cōstel-
latione. qđ ip̄a exp̄iētia cōprobat. cū iterdū eadē hora natos. & sub eadē s̄clinatione
celi. fortuna tam̄ ingenio corpe diuersissimos uidemus. Quo loco plagā a strogoy;
us uitare nō pōt. Solēt. n. cū ptus geminoy; illis obiicitur ad nigidianā rotā cōsu-
gere. in q̄ nō ē bis eundē locū attrāto designare. sed & hic male se explicat cū non
possint ip̄i tāquā tapēdi morāti a seq̄ d̄riam. ex qua tam̄ sit ista ut uolūt d̄ fia. facti
quare dū efficiētiā cali conditur defendere alios incidūt laq̄os. ut de illa. i. efficiētia
sciam se hēre nō posse suū cōsistatū. tum nos & illis geminos nō obicimus quo-
rū cū alter exeat post alterū. quæ intercedit morula. ansulā eis s̄bet aliqđ respōdendi
Sed natos simul eodē mōnto ex diuerfis partibus s̄tra eadē tam̄ euidē regiōis &
latitudinē & lōgitudinē. de quoy; genitura idē thema celi defendere. eadē p̄nitia
te debet a strogoy; nō de his q̄ post natalē horā eueniēt. q̄ quæ s̄tra matris et aluū
illis cōtingerūt. ut sicut eadē hora nati. ita eadē cōcepti ab illo existimētur. De his
inquā qđ respōdebit a strogoy; cū eadē. i. oīs cōstellatio nō idē tam̄ utriusq; s̄arū
apparēbit. An poterit aliud dicere nisi s̄lauat. q̄ aff̄ larus illos sydereos uirtute &
p̄tate uniuersales a p̄ximis & secūdis causis determinari & distingui. Quod h̄ est
quō illi de oī s̄diuiduoy; uarietate expoīta syderū hora genitura reddaturos se cām

pollentur. q̄ hic niuus ille niger. hic breui ille p̄cro corpe. hic tardo ingenio. ille solerti. hic oibus gratus. ille molestus. hic ad philosophiã. ille s̄arus ad mercaturam. hic diues. ille egenus. hic breuis uitã. ille longiuus. quã tota sub eadẽ sp̄e uarietas in diuina uoq̄ longe minus a calo est q̄ quã sub genere eodem diuersitas sp̄e. ut nũc leo. nũc h̄s. nũc alinus. nũc elephas paria. quã sicuti oia specificã proxima r̄ũ est. differentiã cõsequuntur ita illa in diuina uel feminã d̄itã cõsequuntur si corporeas qualitates. uel in genũ educationis arbitrii. si aales. uel facultates parenti. p̄p̄t̄ie electionis. p̄t̄udentiã. occasionum si fortuitas externa sc̄q̄ cõsideremus.

Cap. III. Calum qualiter motu agit & lumine & elementor̄q̄ metheorologorum mineralium uiuentiũq̄ uniuersalis causa sit.

	ut primum se accessus atque recessus in oppositas quadras rationem reddi- disse gloriatur : cum sint tamen in eius dictis tot pudenda errata quot uer- ba . Primum contradicit non diserim experimento : sed Aboasari certe cu- ius se facit interpretem : qui uigore accessus esse tradit . cum ad summum cir- li luna prouenerit . nec prius remitti q̄ ceperit illa descendere . Contra Bac- con quo magis proximat summo luna remitti putat accessum dissolutis uas- poribus lumine calidiorē . Nec uidit lunę lumen : ita nunquā intendi : ut marinas exhalationes / ne dum possit consumere : sed nec fulcitare tantas qual- tis opis est in commouendis accessibus . Quod si perneget contumacius : illud fateatur oportet uel inuitus : aliquot dies circa nouilunium nullos fures æstus oceanis : siquidem eo tempore aut nullam : aut a deo tenuē lunę lu- men : ut nulla possit quauis impudentia dici par procreandis in mari tot uas- poribus / hisdemque etiam dissoluendis . Postremo cur non fortiores radii descendens q̄ ascendens ? Cur descendens reuocat aquas / effundit ascen- dens ? curq; non imbecilliores a summo parum declinantes q̄ tunc primum e orientes / cur ibi recessum / hic accessum facit ? Siquidem quemadmo- dum ipse sentit radiorum uigor intensiore calore teprimat accessum : quoniam eorundem debilitas auget . Denique quis credat reflexis radiis lunę / sub terram decurrentis inesse uim tantam / ut possint etiam fulcitates uapores ab- sumere : aut si id non possunt / quæ causa recessus luna delata sub limitem fundamento bacconis : quam breuem luna decedente decedant , quæ accedant ex oriēte ? Habeat ergo Bacon hæc sua sibi commenta : nos si pertinet ad lunā talis effectus ad eius id motum referamus : quem tacito naturæ consensu oce- ani motus imitatur : quare ascendit cum ascendente : descendit cum descen- dente . Quod qui dicit Thomæ placuisse uidetur in libro de occultis operis bus naturæ : Nec putemus hos æstus a uersionem aquarum esse uel imminu- tionem . Sed q; ipse expriment uoces accessum atque recessum / non augti uel imminuti : sed extendentis se maris ascensu : descensuque contrahentis . Dici- mus autem hæc de noctis æstu atque diei : nam si qua maria sunt / ut est scri- ptum a quibusdam / posita semper in accessu dum augetur lunæ lumen : a coit- tu scilicet ad plenilunium . rursus in recessu cum diminuitur a plenilunio usq; ad coitum : non sequuntur illa lunæ motum in sphaera : sed motum ut sic di- xerim / luminis in luna / decrecentis in ea pariter : & crescentis : cuius uaria- tio potest eum quoque qui sit quotidie non nihil uariare . Sed non consens- trunt traditæ super hoc obseruationes : Næ & ægypti & qui nauigant ad oce- cidentem : a meridie primi diei mensis lunaris : ad undecimum usque .
Cōsultatio ba- conis.	
Prima ratio	
Secūda ratio	
Tertia ratio .	
Quarta	
Quinta	
Opis alia	
Thomas	

diem uigorari dicebant accessum: ab undecima ad decimam octauam: partemque diei sequentis debilitari. Inde ad uigesimam sextam rursus interdi remitti subinde usque ad mensis initium. Quotiens autem accessus maior: minor recessus: & contra commutata ratione. Sunt alii qui dicant uerum hoc deprehendi in fluminum aquis de fontibus decurrentium que memoratis diebus aliis extenduntur: aliis contrahantur ad capita. De mari uero proditum aliter ab orientalibus: qui nec inter se conueniunt: nam sunt qui tradunt primo ultimoque decano mensis: accessus immixti: medio: crescere: quod eam habere uidetur ratione: ut plenior lumine crescat: defectiore decrescant. Alii non esse pluribus diebus perpetuum: ut uel auferantur accessus: uel deficient: sed aut una aut altera die fieri: siue cum intenduntur: siue cum remittuntur. Aboclar quatuor facit uices in hunc modum primam post coitum cum recedere incipit luna: quousque sit semiplena: tum aut accessum immixtum ea proportione qua discedit a sole luna: ut cum uenit iam ad quadrangulum debilissimi sint: secundam inde usque ad plenilunium: quo tempore gradatim intenditur: ut ad summum perueniat: luna plena: tertiam a plenilunio donec iterum sit diuidua: decrescante huiusmodi accessu cum lumine: quartam inde ad coitum: Tum uero uehementiores subinde fieri accessus ita ut coeunte luna sint uehementissimi. Sed hoc nullam habere potest rationem: siquidem luminis hæc differentia: quæ ad propositum attinet: multum: paucum lumen: crescens: & decrescens. Si uel multa uel crescente luce sit accessus quarta fallitur obseruatio: si pauca uel decrescente secunda: Si multa sed decrescente fallitur tertia: Si pauca crescente fallitur prima. Verum quæcumque potius recipiatur harum traditionum patet nihil nos cogit nouam comminisci potestatem in luna præter motum & lucem: quare mare commoueat: quando proditæ omnes in accessibus maris recessibusque diuersitates: uel a motus diuersitate scandentis syderis uel declinantis: uel a lucis dampnis & incrementis euentissime causam habere possunt.

Aboclar

Cõtra Aboclar.

Caput XVI Galeni sententia de criticis diebus eos ad lunam referentis confutatur.

Raros quos latine iudicatorios dixeris ad lunam referri tam falso quæ superest
 c stitiose equidem in dubio: quod latius est declarandum. Galenus auctor inter medicos istius opinionis: tertio libro de diebus criticis duplici meminit lunaris influentia: quarum altera sit a sole cuius accipit luna lumen: altera a signis obliquioribus quæ motu proprio singulis mensibus permeat luna. Tum ponit ex sententia astrologorum qualique experientia comprobatum: in oppositis locis: atque quadrangulis magnas a luna commotiones excitari.

quod tñ in habitudine eius ad solē: q̄ etiā ad signa nulla solis hita rōne. uery eē con-
tendit: ad solem quoniam cum sit luna diuidua (sic autem i quadrangulis sere locis
a coitu) rursumq; cum impletur: quod in oppositis locis est: aenis statum & tempe-
states imutet. Ad signa per hunc modum: ut quicquid caperit posita luna: uerbi
gracia: in tauro semper accidat in ea re mutatio: cum peruenerit luna deinceps ad
leonem: ad scorpionum: ad aquarium: quæ sunt loca tauro tetragona uel aduersa.
Confirmat hoc auctoritate ægyptiorum asseuerantium si in alicuius genitura arie:
te (quod pro exemplo fit) stelle felices insederint: natum bene se habiturum quoci-
ens luna aut taurum: aut quadrata signa uel opposita permeauerit: contra male si
insedat. Hinc putat Galenus creticocum diætam causam fieri euidentissimā. sunt
enim præcipue cretici septimus & quartus decimus: peruenerit autem luna septima
die ad signum ab illo quartum (quod tenuit inchoante morbo: decima uero quar-
ta ad signum oppositum) cum septem & uiginti diebus & tertia sete diei parte (re-
stitutionem suam absoluat. Cum igitur luna in his locis quadrangulis. i. & aduer-
sis citet cōmōtiōes. efficit per hos dies septimum. i. & quartum decimum: quibus
ad ea loca puenitur: ut morbi quoque tumultus exciteret. Ad salutem quidē ægri-
tudine prospera ad mortem perniciosa. Quoniam uero putauit Galenus cum
is diem uigesimalum creticum esse non uigesimalum primum quod credidit. Archige-
nes elaborauit reddere rationem quomodo ipse quoque uigesimalus dies: septimus
esset. Et primum hoc nec absurda nec difficili probatione monstrauit. Nam cursus
quidem lunæ diebus septem & uiginti octo horis adiectis consumetur. Quod si in
quatuor ebdomodas partians erit ebdomoda quolibet ex diebus sex horis uiginti
Quate ebdomade tres dies habebunt uiginti horæque duodecim: quo circa uige-
simus primus dies hoc est ebdomadicus tertius in lunari cursu / partim ad uigesi-
mū diē naturalē p̄ti ad. xxi. p̄tinebit. Nā eius horæ. xii. uigesimalū terminabūt. re-
liquæ p̄timū & uigesimalum incohabunt. Atque ita fiet cretica commotio die uigesi-
mo proveniente luna ad secundum quadrangulum (in ebdomoda. i. tertia. Rut-
lusque eandem non effugiet rationem: si ad uigesimalam p̄timam naturalem diem
differatur: quod in acutis solet ægri tudinibus euenire: sicut illud in diuturnis morbis
horum ambitu quidem per pares: illarum per impares numeros discurrere. Hoc
postquā dixerat ipse Galenus quod deinde quasi proprium inuentum tetulit apo-
nensis nouum cōmentum excogitauit per quod non parua faceret cum Archigene
cretico influxu ad diem utranq; pertinente. Sed colligeretur uigesimalam totam esse
creticam: uigesimalam primam non esse. Sic igitur cōmentus est tempus quo ad so-
lis coitum luna redit dies uiginti nouē: horæ duodecim: qui sere uulgo mensis exi-
stimatur. Demamus dies q̄bo luna nō apparet obruta solis radiis: qm̄ tū uī p̄mu-
tandi inferiora nō habet: reliq̄ erūt dies uiginti sex: horæq; xii. Fere enim tres dies
occulsitur: atque hos dies quod est spacium lucentis lunæ diebus adiciamus quibō
pagat signa quos uiginti quatuor & horas uiginti cōputat: erit sūma dies q̄nqua-

Libet

ginta tres & horæ uiginti: quorum mediætas dies uiginti sex & horæ uiginti duæ.
 Hoc spacium cogitauit Galenus mensura non irrationabili positioni dierum creticorum: quod cum uideret dimidium solum dierum quibus luna cum permeat zodiacum: cum a sole illuminatur quasi cum his in se lunaris influxus potestates cõplecteretur: & quæ a signis: & quæ a sole: quarum utraq; fieri cõmotionem in morbis esset uerissimile. Dæctus hic postea numerus a posterioribus ex Galeni auctoritate mensis medicinalis: sicut cum qui ex diebus uigintinoem coniunctio nis: qui ex diebus uiginti sex. horisq; duodecim manifesta uisõis: qui ex decima septima & tertia diei parte peragratiõis mensẽ uocant. Ex hoc autem inuento quod uolebat Galenus assequeretur aduersus Archigeoem. Nam si totus mensis dies. xxvi. horæque. xxii. erunt hebdomoda huius mensis singulari ex diebus sex horisque decem septem & dimidia parte horæ: quare medicas mēsis dies tredecim & horæ undecim: septimæ igitur diei naturalis primæ horæ usque ad decimam septimam: ad septimam quoque medicinalis mensis diem spectabunt: Proptereaque erunt creticæ: reliquum diei ad octauum medicalem diem pertinebit: decima quarta dies naturalis undecim tantum habebit primas horas ex postremis decimæ quarta medicinalis: cuius antecedentes horæ tredecim cum decima tertia die naturali computabuntur. Tertiam uero ebdomodam medicalem cum sit ebdomoda quilibet dierum sex horarum decem & septem cum dimidia: patet terminari in uigesima die naturali: restum quatuor horis & dimidia parte horæ superextremis: quæ in uigesimali primam referuntur. Atque ita conficitur quod Galenus imprimis optabat: & cuius gratia hoc totum comentum fabricatus est: ut dies uigesima longe magis q̃ uigesima prima ebdomoda consequentiq; ratione cretica putaretur. Hunc sibi gratis laborẽ sumpsit Galenus. Neque enim oportuit nam satis ex mora peragratiõis zodiaci dies uigesima cretica defendebatur: præsertim cum non neget ipse uigesimali quoque primam esse creticam: quæ & plerumque in acutis morbis. Neque uero nos illa retulimus ut inter Archigeoem Galenumque arbitraremur: præscriptum egredientes: sed ne cum referri dies creticos ad lunam non posse demonstrauerimus siue receptam a sole / siue a signis uirtutem in ea consideremus: putaret quispiam non plene satisfactum: quod mixtum quasi quendam influxum Galenus introduxisset: qui præcipue dies creticos excitaret. Non enim hoc aut Galenus forsitan fecit: aut si fecit facere tamen rationabiliter potuit. Nã si cum illo dicamus lunam in quadrantis loco alicui primordiali signis & oppositis cõmotiones suscitare: uersusque cõ quadrangulis & oppositis solis radiis illuminatur: non possumus hos a luna euentus expectare præterquã his temporibus: quibus altero illorum modorum se habet si de illis scilicet causis euentus expectatur. Nam si utroque tempore parit tales effectus pro cuiusque temporis habitu / & constellatione credamus misceri utriusque constellationis uirtutem in eo tempore quo nulla illarum constellationum inuenitur: non alio

Prima cõ.

argumento: quod tempus illud medietas sit summa utriusque temporis simul commu-
 merati: non sumus nos esse non sumus etiam inter & hereticos. Quare si Galenus in
 ebdomodis istius sui mensis medicinalis & eius medietate: uim ista excitationem
 esse putat: non autem in ebdomodis aut medietate mensis quo uel a sole luna illu-
 minatur: uel zodiaci signa percent: inuenit nobis: cum uis illa excogitati mensis ad
 astrologicos nullos influxus redigi possit: hoc est nec ad quadrata uel opposita signa
 nec ad quadrangulares oppositasue lune cum sole figuraciones. Nam seruari consuetudo
 horum uirtutem in eo tpe quo ista non sunt: nimis ut dixi absurdum & comentitium: nec
 qui defendere Galenum uoluerunt simulque creticos dies lune cursibus coaptare promissis
 stare potuerunt: sed nunc quidem hoc: nunc illud tuentur: nunquam utrumque simul
 queratur enim cur quartadecima dies cretica sit: ad lune cursus peragratosque me-
 sem feracipient. Quoniam per ea diem ad opposita signa luna deueniat. Hæc ratio
 partem mensis medicinalis quadrat. Siquidem ebdomada eius secunda in diem. xiiij.
 naturalem recedit: superiuntque ex ea hora. xi. tunc ad quartam decimam pertinentes. Est
 enim ut diximus ebdomoda qualibet mensis Galeni dies: sex. horarum decem & sep-
 tem cum dimidia: quare dies decimatertia plus cretica erit dicenda quam quartadecima:
 cum illa horas tredecim creticas: hæc tamen undecim habeat: hic ergo relicta uirtute mixtio-
 nis & factitii mensis. ad peragrata zodiaci spacia confugient. Contra ut uiginti
 diem creticum faciant mense Galeni non peragrations utuntur. Sed & si quis agrotet
 pridie quam luna coeat habeatque dies septimam creticam: quomodo id erit ex influentia po-
 testatis. tam a sole receptæ: quam a signis: cum maximam partem eorum dierum sicuti non uis-
 derit ita solaris uirtute luna nos non afficeret auctore ipso Galeno. Necessè igitur hic
 quoque eos ad signa se conuerrere: quorum solus influxus ex quadrati uirtute creticam
 illi septimam diem fecerit. Mirro quod omnino factitius ille Galeni mensis nec nature mo-
 neta percussus. ita enim exciditur quasi tres dies luna semper a sole obtegatur. Sed &
 mane quandoque conspicitur priusquam sol exoriat: uti & uespere eius dies spacio quoque luna-
 ris motus ita determinat: quasi semper eodem passu moueretur: non autem ueloci-
 ore interdum. interdum tardiore: quod in astronomicis supputationibus demon-
 stratur. Habet igitur suum sibi Galenus mensis quem ne nobis importunius in-
 gerat concedamus illis quos mauult dies esse creticos Archigenon repudiantes: eos
 ego nullis lune cursibus regi firmiter assero. Siue acceptam a sole. siue a signis uir-
 tutem asstimemus: nam ea quidem quæ a sole solida & naturalis (ut dedata uimus) sed
 ad eam cretici dies pertinere non possunt. nisi nos morbi semper in nouilunio aggrede-
 rentur: alioquin nec diei septimæ luna dimidia: nec quartadecimæ plena responde-
 bit: in quibus quadrangulus & aduersa solis configuratio ceteros huiusmodi. Restat ea quæ
 a signis. Hæc uero cum nulla est. ut sequentia declarabunt: tamen si qua foret ad creticos
 dies nullo modo spectabit id quod ipsi dicunt. Nam si argumentatur ab experientia
 die septima sit comotio. Rursusque quartadecima & per hos dies si quadrans æstignis
 luna uel in oppositis ex hac igitur signorum permutatione illæ sequuntur comotiones.

Secunda ratio:

Tertia ratio

Nos cōtra sic: die septima fit cōmotio rursusq; q̄ntadecima: nec p̄ hos dies plerūq; uel in quadratis est luna locis uel oppositis. Nō igitur de hac signorū permutatione cōmotio illa suscitatur: utra pars ueniorib; nitatur assumptionib; nemini dubiū: cuius lunares motus penitus nō ignoti. Nā cū inferiora permeas ep̄icidi uelocius luna fertur: sexta die ad quadrata signa pertingit: & decimatertia interdū ad opposita. Cū uero superiora tardius circuleretur: nō priusq; die octaua uel nona quadrangu lū sit loco. Quod si respondeat ob hanc cōm̄ interdū illas quoq; dies ceticas heri: ali quid dicentur si cū lunæ cursus est tardus: tūc octaua uel nona die cōmouerentur humores. Cū uero uelox sexta: cū medio quodā modo se haberet septima. Verum non hoc obseruatio docet: sed uisū frequēter euenit ut luna quidē peggiore septima det iudiciū interdū & sexta: cōcitatio t̄ro differatur cōmotōnes ad octauā & nonam: qđ aduertentes plurimi medicorū peremerūt hūc ordinē in morbus natura seruati: a humanib; curib; depōdere: Nec q; aliter prodiderunt quicq; induxit q̄ uel amor astrologiarū: res: uel auctoritas Galeni. Quæ tamē in hac parte quantū habey ant pōderis mox dicemus. Fallo a sit quidam ex neotericis hoc quoq; Auicennā & Hippocratē opinatos tradūt. Nā Hippocrates quidē nusq; super hoc uerbū. Sed hunc potius ordinē retulisse nixus ad nūeros quos libētē obseruare natura solet id quod Celsus Aesclepiadesq; notarūt: Auicēna cū meminisset opinionis referēns hac ad lunā: multa inquit in his dictis ambiguitas. Tū quæstionē reiecit: ut cuius p̄curatio ad medicū nō spectaret: qn̄ illi potius eēt impedito. Valeat igit Galeni auctoritas apud nos ubi docetur q; dies ceticī sint: quoq; pacto tractandus ager: cū uel apparent uel fluidetur. Nā hoc medici officiū i qua p̄ssione sceler/ tem Galenū uereq; diuinū cū doctorū cōsensu p̄bamus: & admiramur. At cū cau/ sa iuestigat eos: dies q; altioris hoc opus philosophiæ: nō modo iudiciū: sed nec maioris testimoniū loco sentētia fuerit Galeni. Quādo qđ Moses ægyptius & Auicenna: magni uiri: magniq; in medicina Galeni iutores tradūt: plus tamē sciarū reliq; q; radicib; uest. Sane nides a dialecticis figura eius q̄ta (syllogismorū: & i philo/ sophia tā sepe p̄terretur & ualidissimas nō plentit rōnes ut philosophicū in eo iu/ diciū desideretur a multis. Nō pōt intelligere: quonā pacto sup̄stite aīa & imorta li cesset ab ope: cerebro tamē nō dissoluto: fatigatūq; a se aut hac qōne platonicum quendā: quasi nauē soluta sup̄stes naua nō cesset a nauigatōe. Nec intelligit qđ a philosophis demonstratur: uniuersales res: notionēs ab intellectu tm̄ nostro cōmp/ hendi: nec a brutorū: etiā ingentorū in tēporis cognitione qđ habēt nō est temporis huius narrare. Neque e. n. hic de Galeni philosophia: tm̄ hæc delibauimus quo Mo/ seos & Auicēna iudiciū super eo cōfirmaremus: simulq; caueretur ne cui illius au/ thoritas imponeret in accipienda superstitione. Nam i hac ipsa de qua agitur astro/ logia parum illum peciū lunaris motus supputatio docet. Nec eum defendit ali/ ter Apponētis q̄ q; eius ætate nō dum celestium motuum ratio ad liquidum fue/ rat explorata. Sit igitur illa fides in medicina: quanta maxime esse potest: quod ad doctrinas alias attinet cautius agendum cū homine meminerimus. Examinādūq;

Reflexio ar/
gumenti

Fallo op̄ionē
Galeni scribi
Hyp. & Aui.
Celsus.
Aesclepiades.

Qualis Gal.
in his q̄busq;
i rebo eādē sit
credendum
Moses
Auicenna

diligentius quæ tradiderit: an experientia: an rationi: an sententiis consonent aliorum. Et quidem quæ de ereticis prodidit diebus ea pauci rebus ipsis consentire prauiimus: eadem nec rationis habere colorem palam fiet insipientibus. Nam quæ ratio lunam cum ad signum ab eo loco quartum peruenit uel septimum i quo fuerit inuadente morbo luscitare in humeribus agitatione? Galenus negat rationem se dicturum: sed ægyptiorum prædicit auctoritatem: nos illi sextum suum de simplicibus medicinis librum ad memoriâ reuocabimus. In quo delirium notat ægyptios i quocumque cur apud nos uacillet auctoritas postremis duobus libris innotescet. Nunc illud dixerimus obseruari per hos lunæ cursus corporum mutationes fideliter ab ægyptiis non potuisse quibus non erant lunæ cursus fideliter comperti: Perimus enim Hipparchus in Rhodo insula certius illos obseruauit: licet non attigerit tam ueritatem cui propius accessit deinde Ptolemæus: quiaq; hispanocum rursus astronomos: desiderium non impleuerit: Neoterici ratione excogitarunt non modo non consentientem ueritati: sed nec positioni quæ tuetur: nec Galeni dictis quæ sequuntur. Est autem huiusmodi: Signa quadrata uel opposita contrarias habent qualitates: Quadrata uel utraque uel agentes saltem: ut aries quod a cancro dissidet utraque qualitate quando aries signum calidum & siccum: cancer humidum & frigidum: taurus a leone non utraque etiam siccum conueniunt: sed agere qualitate discordat: Angulo tauro: calido leone. Discordant item signa opposita semper altera qualitate saltem: nisi decantatum dicunt ab astrologis quadrangulis & diametris radiatões contrarias esse atque pugnantes: his positis ita colligunt: cum peruenit luna ad loca illis quæ tenuit inuadente morbo inimica: consequi ut inter morbum atque naturam pugna exoritur: At nos suppositis quæ dicunt ita eos alloquemur: cur ereticos dies luna faciat hanc esse putatis causam: quoniam in tauro: uerbi gratia: sua cum naturam morbus occupauit: debet cum ad locum contrarium uenerit contrarium esse factum facere faciet: igitur ut natura contra morbum assurgat: unde pugna & inducitur ad alteram partem uictoriae declinans: erit autem in loco contrario cum peruenerit ad leonem uel ad scorpionem: sed ad leonem die septimo ueniet: ad scorpionem quarto decimo. Per hos igitur dies bellicum canet morbo atque natura. Sed cur non idem faciet die tertia ueniens ad geminos plus a tauro leone discrepantes: Cur non duodecima aut decimatercia ueniens ad libram: cum qua rursus taurus minus consentit quam cum scorpione? Cur non decima quinta subiens sagittarium dissidentem a tauro: sicut scorpionem dissidet atque leonem? Scio quid respondebunt: non esse inter hæc signa aspectus colligationem: sed non alio aduci ego eos uolebam: non ut istum aspectum rationem nullam esse obicerem quod libro sexto sumus facturi. Sed ut ostendemus etiam si sit aliqua: non tamen deseriui propolite questionem. Nam illa quidem inter duos planetas obseruatur: quorum radios non putant ad complendum eum posse conuenire: siue concordent siue discordent: nisi talibus inuicem sibi interualis configurantur: hexagono: trigono: quadrangulo: atque diametro. At uero hæc lunam planetis aliis non configuramus: sed id solum aduertimus ut ad locum con-

Rō Neoteri

trarium deferatur illi quem prius occupabat. Quam autem positam stellam in geminis stella posita in tauro negabunt astrologi per aspectum colligari non tamen hunc locum esse illi contrarium denegabunt. Quod si facit effectum primo contrarium luna quia ad locum contrarie deuenit qualitatis: cur si in signo frigido & secundo morbum excitauit in calidis humidisque collocata naturam aduersus morbum non excitauit: siue illud signum sextum siue secundum / siue alio numero quæ malueris computetur. Ridiculum hoc omnino. nec quod ab homine dici possit ueritatem potius spectante quam defendente positionem. Quod si contendant in his aspectibus uim consistere: debent ex consequenti illud quoque concedere. Lunam cum ad trigona signa peruenerit morbum confirmaturam: quoniam sicut quadrata signa discordant: ita trigona concordant. Cur igitur si trigona signa fuscitant naturam ex contraria qualitate ad signum ægritudinis: eadem ratione trigona ex concordanti morbum non excitabunt. Adde quod cum luna undecima die sere deferatur erit undecima noxia statuenda: quæ tamen a medicis inter salutare creticas numeratur.

Denique erit manifestissimum consideranti traditas creticorum dierum observationes a medicis ex lunæ motu rationem habere non posse: nam malas quidem eorum motiones his fieri diebus dicunt: sexta: octaua: duodecima: decima: decima sexta: decima octaua. Reddant horum rationem ex luna si possunt: nam sexta quidem & octaua sæpius fieri bonas conueniret ut dicebamus. proueniēte per hos dies ad tetragona luna. Sed cur non male decima uel duodecima: quibus non sit luna in locis aspectu aliquo cum ægritudinis signo colligatis? Cur salutaribus numeratur decima septima: atque uigesima? Sed & que ratio peris lunam que temos quoque dies uim habere circa uigesimalum: ultra uigesimalum septenos non quatenos ut uigesimalum septimum: trigesimalum quartum: & quadragesimalum primum. quæ cum excesserit uigesimali cretici inueniantur: ut sexagesimus & octuagesimus tum centesimus ac uigesimalus: cur inde circuitum mensium & annorum: quæ omnia sicuti non habent a luna causam ita nec habere possunt a sole: nec ab alia quam cõstellatione: scilicet non ille statis diebus statæ quoque uel similes. uel concordantes inueniantur: sed uariant mirum in modum. nec ordinem ullum seruant qui possit huic ordini respondere in morborum commotionibus a natura maxima ex parte custodia. ut demerari liceat apponensem qui malitiam sextæ diei quam Galenus comparamus tyrano: sicut septimam regi redigi ait posse. ad hoc quod luna cursu uelociori ut nati ad tetragonum: sui nimis in memore qui fieri salutare in septima die ægotationes dixerat ob quadrati naturam: quæ. si morbi signo aduersaretur. Quomodo igitur tunc ex quadrato quoque malitiæ sextæ reddit rationem? Patet igitur hæc omnia causas habere alias: sed selesit eas quod in septima die & quartadecima uidebatur conuenire: quæ nec ibi ut diximus conuenit. Sed huic per septenarios progressum rursus demus alibi quoque in nature operibus obseruatum: ubi nulla suspicio de lunæ motu uel solis: ut si ipsa quoque morborum periculis: cum sicuti septimo die acute ita

Vide pudendum errorem Petri Apponensis cõcaluatoris.

Processus nature per septenarios

- Auicenna** diurnum: ut scribit Auicenna: sepe septimo mense: septimo anno: quatuordecimo: vigesimo primo: solent terminari. Nec probo tamē qui superfluoſe numeros hic obseruanti: sed ita natura dico cursus impleri plerumq; in rebus: non ob cōstellationes ad hæc tempora comparētes (neque enim reperiuntur) sed ob occultam proprietatem cōditionemq; rer; illar; quibus ita plerumq; usu uenit. Sic enī natura cōparatū uidemus: ut quod scribit ipse Galenus per dies impares acuti morbi moueantur. Qui uero leniores diurnioresque per pares. Redige hæc ad lunā: redige ad solem stellar;que si potes. Cur igitur cōmōtionem septima dies in acutis morbis ad tetragona signa per que luna feratur referamus: cū nec illud præsertim sit perpetuum: sed & quidam ex iunioribus contra Galeni aliorūque opinionē ad lunam confugi enīum hoc loquuntur. Siquis luna posita in ariete: decumbat creticā habere diem octauam debet: quare tunc ad cancerū quadratum luna deueniat. Respondentque ita quidē fieri debere habita ratione motus lunaris: sed in septima fieri cōmōtionē ppter naturam morbi qui acutus cum est: per ipares mouetur usq; ad diem quatuordecimum. Postremo que de creticis diebus uere sunt obseruata a medicina: nō solum res a strolōgia firmat: sed iſfirmat: ut sit maximo argumēto corporis affectio nes a causis non dependere quas astrologi introducunt. Nam si status in his diebus ordo nō esset: sed nūc hæc quidem: nūc illa cretica: trufusq; inter creticas alia alio tēpore noxia: salutaris iueniretur: nulla nos ad iuestigandū cām admittitio sulcicaret sola materia diuersitate mutabili nobis satisfaciēter: sed cū certi dies nō temp; sed plerumq; tam cretici: & quā plerūq; ad uitā: quidā ad mortē: uidetur hic ordo causā desiderare certā raroq; mutabilē. Galenus hinc cōsequi in caelestibus esse causam que sunt corpora: tato stabilique ordine se mouētia: quare possunt effectū ratum stabilēq; producere. Mihi contra uidetur hinc patere de caelestibus cām huiusmodi etiā nō posse: quoniam si inde esset alia alii cretici forent: nec q; apparerēt eis ordo seruarietur. Nam si luna marti solue iungeretur citaret illuxus cōmōtionem: si saturno tardaret. Sed & coitus humanarum diē morbi prime antecedēs foret inspiciēdus: tūq; si dominus eius loci in quo coisset orientē teneret: cito fieret cōmōtio: si retro si occidentem: sed & sydera recto motu pcedentia uel i mobilibus signis posita uel locius: cōtra uel retrocedentia uel i fixis locata tardius morbo naturar;q; bellicū canerent: que nec cuiq; agrotanti: quāq; hādem cōstellationibus similiter cōueniēt: sed aliter aliis pro genitura ipsorū cōditione. Mitto figuram cuius angulos obseruandos præcipit Ptolemeus felicibus: an infelicibus radiis deriuentur: ut inde de morbo prænuiciemus: quod quidem ignorantissimi credūt ad creticos dies pertinere. Quæ si omnia medici ab astrologis haberent: nō plerumque quos uoluit ars medica: sed alias alii forent cretici dies: Nec illud esset statum: ut sexta dies tyrannia crudelitate perimeret: septima regia benignitate liberaret. Sed & constellationibus noxiis septima: & salutaribus etiā sexta numeraretur. Quod si eueniat interdum non a celo esse dici debet ubi causam querunt: eius quod cum

Galenus:
Dies creticos
si hāt a celo
non esse imu-
tabiles.

ordine : & fere femper contingit : si i materia potius redigi debet particularemque aliquam laborantis hominis proprietatem.

Caput XVII. Periodos humorum a 3 syderum motus nō esse referendos.

Ed nec periodos humorum in febribus credat quispiā ad syderum motus referendos : uti gratia exempli bilis atra diebus duobus cesset. quarto suscitetur quoniam sub saturno sit cuius motus alius tardior. Nam qua rōne sanguis a d Iouem relatus ab astrologis iugiter putrefcit nulla pausa : cum non iuppiter tamen tamen omnium uelocissimus : quin potius si tempus restitutionis extiterit omnium tardissimus post saturnū. Cur item motus rubræ bilis a scriptis marti : paulo segrior atra motus cessat enī sex horis minus : cū ille horis octo & quadraginta ipse sex & triginta sopiat ut : multo aut saturno uelocior stella martis. Præterea decretum est astrologorum opera stellarum tardi motus quo tardiora sunt eo magis eē diuturna cū igitur si pituite motus citius redit q̄ rubræ bilis : nam ille post sex horas : hīc post sex atque triginta : quoniam luna motus excitans pituitam uelocior motu martis coleram excitante. Cur inquit si hoc uerū nō diuturnius afficit agitatio colere q̄ pituita : seu illa horis tantum duodeci : hinc autē decē & octo. Debent enim (si stamus in præceptis astrologorum) diuturniora esse opera martis q̄ lunæ : siquidē huius uelociora q̄ illius. Quod si rursus hos omnes periodos ad lunam solam uolumus referre : ut pote prædominantem in omnes hūores habitabit nihil minus astrologica ratio cui notūtur. Nam pituita inquitur quoniam lunæ aquarū cognatione a quarum fere motum imitatur ille fluunt & refluunt mora media intercedente : sed exigua qualis inter octos motus necessario cadit. Sic pituita sex tantum horas integras relinquit. Verum potuit sanguini magis hæc conuenire cuius sicutaque continuus æstus inuenitur in qua morula accessum dirimens a recessu nō bene sex horarum responder intervallo : quo totus ipse uel fluxus agitur uel refluxus. At in sanguine maior poterit esse similitudo cuius motū intercepti in sensibilibus motulis ipsi nō pernegant assertores huius opinionis. Sed reliqua prosequamur. Atra inquit bilis quoniam a natura plurimum aquæ discordat : ita contrario pituitæ mō motu uerue : plurimum. cessans ad dierum usq; duorum integritatē. Sed mihi quidem uisetur plus aquam habere cū terra communiois q̄ cum igne siue locum aduersas siue qualitatem siue motum : quibus nulla alia potest conditio præponderare. Est igitur idem iudicium de humoribus ad elementa relatis : ut magis a pituitæ motu diuersus esse debeat motus rubræ q̄ atræ bilis. Verum nec illustriam ueterumq; medicorum quisquam ad has causas circuitum febrium retulit. Primus hoc tentauit Petrus Apponensis homo congerere plura natus q̄ digerere : quæ quidē idocōtiores ubi negatur magis tibi soliti impensius admirari.

Caput XVIII. Infelicitatem octimestris partus saturno non esse ascribendam.

Vm tractamus hæc uenit in mentē solere astrologos infelicitatem octime
 d stris partus ascnberē saturno: de quo dicit dū hoc loco: sed breuiter ē: ne nō
 redarguta uideatur nos cogere: ut uel inuiti concedamus hostilissimos sy-
 derū radiis nos apprehendi. Quod ut uolens concedo: ita non illud uolens ideo ap-
 prehendi nos ab illis ut teneamur: i quippe illabi de calo ita sentiam ut non putem
 ab eo noxiū quicquam provenire. Sūma igitur hæc est: fallūtur astrologi si cre-
 dunt ideo natos octauo mense non uiuere: quia singulis uteri gerendi mensibz (sin-
 guli planeta: præfint. & ppter ea qui primo: idem octauo mensū fatamus domine-
 tur: planeta frigidus & siccus hoc est qualitatibz uite contrarius. primū enim & il-
 le per manus traditæ planeta: dominandi uices rationē non habēt: ut alibi suo lo-
 co dicitur: & q̄ octimesis partus non uiuat omnino rationem aliam habet.

Hippocrates

Sunt qui opinentur sortum septimo mense conari ut egrediantur: & in conatu ledi:
 qui si octauo exit: ut pote nondum testitutum sue incolumitati. uiuacem esse non
 solere: sed Hippocrati potius accedo qui tractatu quem scribit de octimesis par-
 tu causam cur plerunq̄ nō uiuat: hanc esse ait q̄ eo mense dissol: sit uteri gesta-
 tio. Tunc enim grauius se habere pregnantēs: & in matrice nescio quæ pati graua
 & incomoda: & si pariant duplici labore oppressas & partus & ægritudinis: istius-
 simas fieri: unde necessario ipse quoq̄ fetus imbecillior factus. raro diu uiuat. Ac-
 testatur huic sententiæ q̄ si quæ inueniuntur uegetiores ualidioreque sexmine: solēt
 octauo etiā mense parere uicturos quales in hispania inueniri scribit Auicēna &
 Aristoteles in aegypto. Verba ipsa Hippocratis super hac re græca subiiciuntur quo-
 niam liber hic uulgo nō habetur fictum crederetur a nobis πρὸς οκτὴ μῆσιν
 γυναικὸς φέρει: & quæ sequuntur.

Caput XIX Cur nautæ: medici: agricola: uera sapius p̄dicāt q̄ astrologi.

Ria fere erant in illa secunda astrologorum ratiocinatione obiectamenta:
 e primum a mutationibz inferiorum ex solis luna q̄ cursibz: unde colligebāt
 & actionem in nos syderum aliorum: & mutationem rerum aliarum ab il-
 lis esse coniectandam. Secundum testimonio bonarum artium: medicina: agricul-
 turæ: nauigatoriæ: quæ suis operibus a strológicas adhibent obseruationes. Et hocū

ita utrūq; reiecitū ut hūdem uellīs eos repungeremus: ostēdentes ut pauloātē dicebamus: ex operib; solis & lunæ: & ex illarū artium obseruatōib; potius celli-
 gi qđ negat: qđ affirmāt. Restat certū q; ab earundē artificū uulgi: spūs p̄dictio-
 nib; sumebatur: quasi nimis essemus iniqui: qui nullam futuros: p̄cognitionem
 concederemus astrologis totius cali petins qđ nuda magisteria: & de populo quouis
 interdum ē affluat: ita multa de pluuiis: de agritudib; de peccorib; de ānona
 quotidie p̄dicti uulgo cū euentus fidē uidemus. Cur nō igitur iſunt q; caelestes ca-
 uſas explorari norunt: & illa rectius: & alia poterunt lectetiora p̄dicere: hoc est
 q; in p̄sentia nobis diluendum est: nimo ut consueuimus reiciendum ī eos quod
 aperte nullo negotio breuiter expediemus. Nā si uera p̄dicuntur ab illis nulla ha-
 bita tamen ratione p̄ceptorum astrologia: quis non dixerit aut leuem esse conie-
 cturam: esse illa que omittunt: que ignorant: non necessaria: sed superflua: nō se-
 cretiora: sed falsiora: non dogmata: sed signēta. At falluntur aliquando inqt Pro-
 lemæus qui astrologia nesciunt: quid q; astrologi sapius. Cōsicitur igitur ut astro-
 logi minus astrologica teneant: qđ qui astrologi non sunt. Neque enim potest hoc
 denegari: magis ad fidem respondere: quæ dicunt medici de agris: agricola: de āno-
 na: nauici de tempestantib;: pastores de peconibus: qđ quæ de hūdem rebus ab astro-
 logis p̄dicuntur. Ratio statim in promptu est: quandoquidem astrologus signa
 respicit: que non sunt signa: causas speculatur: que non sunt cause: p̄pterea fallitur
 Respicit enim caelestem dispositionem: que causa tantū uniuersalis non efficit: ua-
 rietatem inferiorum: nulli pro materia: conditione: causarūque efficientium: inferior-
 rum. Tamen nec caelestis illa dispositio: quam respicit: sed lecta ab eo in calo dispo-
 sitio: per uanissimas regulas: & cōmentitias: non natura: sed arbitrio cōstans: astro-
 logorum: siquidem ut demonstrabimus: non hominum ille pater & deorum deus
 in calo fecit: imagines: signa: partes: antistia: dodecathemoria: domus: & huiusmo-
 di: alia quibus utuntur: Sed in calo mentitus: hac est hominum deceptor: & deorū
 infamator astrologus. Propterea: q; nihil mirum si nullā rem futuram certa ratione
 p̄noscere illa ars potest. Artifices autem quos memorauimus ueris & naturalib; opor-
 tet: utique ac proximis cauſis indicūq; nituntur: & ideo raro excidunt a ueritate:
 sed ueris p̄sentioribus futurorum: & fidem suis methodis faciunt: & cum p̄uē-
 tu bona: que felicitate suas artes exercent: *Legē libros p̄noscitorum Hippocratis*
 nūquā illum inuenies agri statum futurum inter sydera quarere: ut qui sciret hac
 magis ex lotio: queri qđ ex astro: & de pulſu uenarum: qđ de motu spherarū certius
 p̄cognoscit. Perit gubernatores non ex ioue: saturno: uenere: marte: mercurio: qđ
 uident tempestates: sed de nube: de uentis: de omni aeris conditione: atque eorum
 hęc solers disciplina exp̄mētis ubiq; cōfirmata: de spiraculo tenuissimi flatus: de nu-
 becula uix conspicua: tempestatē intelligit iminentē: cuius nullū p̄sagium: nullum
 signum adhuc patebat oculis aliorum. Nec solum uenturam intelligant: sed qua
 parte futus: ut excitetur: quomodo declinari: quō superari possit: ad que sapia oēs

aſtologorum proſus caligabit. Sic paſtores agricolæ: & ipſi ſæpe vulgus ineredi-
tum ſtatim aeris præcognofcunt: nõ a ſtellis ſed ab aeris ipſius diſpõne: atq; his
quæ ſi ſublimi ipſeſtudio ſunt. quare raro fallunt: aerem .ſ. ex aere: ſicut medici
ægrum ex agro præiudicantes: hoc eſt ex propriis principiis: nõ quod faciunt aſtro-
logi ex temporis & cõmuniſus uniuerſalibus: imo: quod peius eſt. hętis / imaginariis
fabuloſis. Quare nemo pater futuræ agricolationem meliorem / medicinã efficaciõ-
rẽ / nauigationẽ tutiõrẽ: ſi tractentur hæc ab hominibus aſtologica percullentibus
& obſeruantibus. Quin hæc potius tabes & abolitio foret illarum artium: dum a
certis regulis ad incerta ſta ueris ad cõmentitias euocantur: & permiſtionẽ falſoꝝ
dogmarum / omnis iam comperti experimenti ſoliditas / ueritalq; labefactaretur. ad
quod nõdum rationibus intellectis quibus aſtologia uanitas inoteſcit: ex eo p̄ſua
deriſatis poteſt. quod inter initia operis diximus: ſũmos earum artium magnitos
& in illis tractandis apprime ſcelices: non modo adhibuiſſe ſuis operibus aſtologi-
cas obſeruaciones: ſed eas uel contempſiſſe / uel etiam conſutaſſe. Columella quæ
alibi quoq; citauit ille rei ruſticæ ſcriptor exactiſſimus: quo loco tracturus eſt p̄ce-
pta temporum obſeruandorum: meminit ſua lucubrationis aduerſus aſtologos:
& uera inquit hæc quæ nos pingui mainerua tractauimus: falſa uero quæ imprudẽ
tiſſime chaldei pollicentur: alibi quoq; a nobis conſutata: quare colligenti ſic Ptole-
mæo multa præuidet de ſtatu aeris agricolatores: igitur nos plura certioraq; quan-
to illis caeleſtium rerum cognitiõne præſtamus: negabit Columella eſſe in conſec-
tione ueritatem: quoniam .ſ. hoc aſtologicum ſapere quo agricolis præſtant: non
eſt ſapere: ſed deſperere: hoc eſt non plura q̄ illa ſciunt: ſed plura fingunt magnitudi-
ne rerum circa quæ mentiuntur profeſſionis ludibrium prætegentes: quam indu-
bit cum aliis honeſtiſſimo loco uita recepiſſet: ſi tam bonas artes. tam neceſſarias:
agricolationem: medicinam: nauigationem redderet meliõres: ſed deprehẽſa ſar-
pens uanitas & fallacia a prudentiſſimis legum latoribus: eos coegit ut leueniſſimis
interdictiõnibus illam ciuitatibus eliminarent: ut primo libro declaratum a nobis:
ne ſimul & bonas & mentes & artes: occultiſſimis ſuis ueneris inſiceret: quæ quã-
tum ab gregariis hæc quæ dictabamus artibus in futurorum præſenſione uincatur
uel hinc innotefcat: q̄ inter nauiticos & agricolas: & paſtores: de eorum pronõſticia
mirè conuenit: inter aſtologos nihil: adeo ut nihil dubitet Aboſalar iter capere nõ
petafatus: quo die Ptol. aquarum eluuiem denunciauerit.

Cuput XX Non omnia quæ ab aſtologis p̄dicuntur de primis qualitati-
bus dependere.

Excute iam uolumus quæ de primis poſſint qualitatibus dependere: quo-
niam id tertia aſtologorum ratio expoſcere uidebatur: & Ptol. nõ alia uia
quarũq; hũt ſien p̄bat a hydenbo qd̄ apoteleſmatici eius libri declarant: &
aſtologi oēs hac ſe ſemp recipiunt quotiens aut nihil ſup̄ſtitioſe dici a ſe deſendũt
quodq; per naturæ ueſtigia non procedat: aut nihil rurius cuius reddi manifesta

ratio non possit. Etenim ad has confugiunt qualitates quotiens cur hæc iuppiter /
 illa saturnus ; alia alius faciat planetas ; interrogant : in quo illos & sibi & ueritati
 parum conserua loqui parte operis ea mōstrabitur qua rōnes astrologici dogmatis
 refellūt. frustra uero plugiū hoc illos sibi parate pōt ea quæ diximus. multa quoq;
 declarant. Inter quæ illud primum occurrit futurum ut in lati sortitione plus anni
 tempus faciat quo quis nascatur ; q̄ quæuis alia diuersitas constellationis. siquidem
 plus quoque facit ad intentionem remissionemque primarum qualitatum : q̄ quæ
 uis alia uel positio syderum / uel mixtura radiorum : A deo semper aestiua dies hy
 bernis calidiores. etiā si quantū uis aestate igeat. torpeatque saturnus. Cōtra sem
 per aestiuis hyberni frigidiores etiam cum ardet mars medioque furit flammatus
 olympo. Quod si lati differētia oritur frigore & calore siccitate & humiditate plus
 minusque uigentibus. Sequitur omnino damnatos etiam semper frigido lato qui
 cunque nati hyeme fuerint. per his qui nati fuerint per aestatem. præsertim si (quod
 illis est necessario defendendum) plus hanc aeris sic affecti calidius qualitatem q̄ se
 minis & materiae proximæ conditionem sequuntur. Præterea si tuetur hoc Ptole
 mæus quod est illi profundo naturalis astrologiæ : ut per primas qualitates rel qua
 faciunt radii planetarum non debet in hominum genitūis aut mores aut fortu
 nam aliunde uariari. q̄ ex ea constellatione quæ corporis habitum facit atq; de
 monstrat : quando hanc omnia consequantur. Et panter in uniuersalibus uancin
 niis una erit res inspicienda : quis futurus aeris status : hoc inspecto reliqua pate
 rient. Siquidem pro caloris & frigoris. pro siccitatis humiditatisque modo cetera
 disponuntur. At non ita uel alii uel ipse Ptolemæus. cum sæpe quæ de moribus in
 priuata genesi quæ de fortuitis casibus dicunt. minime corporis temperamento rel
 pondent ea rōne qua solent ad hos cetera referri. Nec quæ de tempestantibus ani
 tuis his congruent : quæ de moribus. de pestilentia. de annonæ. de bellis pronuncia
 bunt : quare. l. a diuersissimis ista constellationibus inuestigant : quod legenti tum
 astrologicos libros. tum astrologorum uancinia haud difficile constabit. Non igitur
 lux superstitioni faciem hanc præstendat. honestamentumque methodi natura
 lis : ut eatenus se subicere res humanas syderibus dicant : quatenus aeris corporisq;
 dispositio in qualitatibus primis a calo dependet. Nam hoc quidem ingrediens at
 tem afferentque eam quali possibilem dixit Ptolemæus : sed in processu explicaturq;
 dogmatum nec obseruauit. nec potuit saluis professionis timbo obseruare. Alioq;
 quod dicebam pauis constaret a stologia : cui tantum de aeris dispositione & ha
 bitu corporum foret dicendum. Reliqua ex his paucissimis datis rōgulis quis e me
 dio sibi coniectaret. Sed & innumera sunt i Ptolemæi libris & aliorum quæ de ma
 teriæ qualitatibus primis originem ducere nullo modo possunt.

Prima ratio.

Secūda ratio

Caput XXI Nec noxas elementorū : nec dāna nīsoꝝ corporū esse a calo.

X his quæ mō diximus illud facile reuocā pōt qd̄ tertio loco ad astrologiæ asser
 e tiōnē supra. mediū asserbas : Nā cum dicitur si mutatiōes aeris a syderibus

igitur & pestilentia catadifmi & exustiones & caritas anone. Negamus; neque enim sequitur; immo hac qui dicit; quid sit celum ignorat; nam quid aliud ipsum in natura tota corporea; quod in particulari quolibet corpore ipsa uis continens totum ne diffuset; ne dissoluatur. Quod cor i animali; fons uirtutis illius; qua seruat in regitas ordoque mixtura; & membrorum inuadentium iniuria propulsatur; sciat igitur quod excessus elementorum unde incendia & catadifmus contingit; Vnde caritas morbi ac pestilentia; celo refert accepta; non aliter errare; quod qui nosse corporis morbos; uicia; causationes; in ipsam regentem corpus nature; refert potestatem cuius est illa curare; non facere; solum non excitare. Quae si sunt uero patet aliud. Item esse qualitates primas; aliud qualitarum primarum recessus & detrimenta celitus fieri; nisi negemus aliud esse iura & magistratus omnes ciuitatis; aliud quod in illis delinquitur opere boni principis originem trahere. Vt igitur philosophus de deo quicquid est in elementis ordinarium & naturale auctorem habere celum; nescio tamen qua ratione sit concessurus etiam inde esse quod deficiunt; quod nature praescripto & legibus uariant; cum sit potius illud philosophorum dogma quod elementa maneat intra fines; & suo iure contenta negotium mundo non facessant a caelesti essentia regente & moderante fluxibilem & erraticum numerum rerum cetera publicum. Sed si quies quando mihi concesseris alias stellas facere frigiditate; alias caliditatem; nonne sequitur illud; Vt frigidis stellis predominantibus; elementa frigida inualescant; calidis calida. Quod si dicitur non eueniat etiam; ut cœkurs magno frigidarum constellationum frigiditas ita aquarum exuberet; ut eluicibus terra mergatur. Contra calidis ualde potentibus; fiant exustiones. Facilis responsio nec una tantum primum de dominatu planetarum atque signorum qua; sinere astrologi; ut falsa sunt postea de monstrabitur. Quid inquit ita planetarum quilibet imperabit celum; ut in hoc mundo prodigiola producat praesertim mala; Cum caeli opus ex omnium luminum conspiratione dissulterit; ita tota illa superior semper temperatur armonia; ut sicut in ipsa omnia consonant; ita per eam nihil dissonet; unquam in inferiori mundo; in quo quotiens in concinnum asperum; discors auditur; ad tantum caliditate referatur; sed ad quatuor istas cordas citharæ sublunaris quae de inordinata materia; impuraque contacta caelesti plectro ad numerum illas semper concordiamque mouente; contumaces interdum inueniuntur. Post haec subtilius considerandum est; si praeserta uariis elementis uaria sidera sunt; ideo esse praeserta ut perficiantur elementa ipsa. Quare erit quolibet elementum tacto perfectius; quanto plures stellas fuerit potentior; quod si perfectio partium perfectionis totius non repugnat; imo cum toto partes labefactantur; non pertinebit ad elementum perfectionem; ut natura transgrediens ordinem occupet cetera. Sed tunc erit perfectum cum ab ordine cuiusque naturae nihil deflexerit; a quo certe deflegere tantum potest excedendo quod deficiendo. Quo circa si plures igni mare; quod quod in subiecta quilibet fieri nihil conuenit a stella; quod ordini bono naturaeque legibus non consentiat; non

Obiectio.

Prima responsio.

Secunda.

Tertia.

minus compescere tumultuantem: quā fuscitate torpentem caelestis praefectura officium fuerit. Potest igitur id concedi ut sint quatuor primae qualitates a caelo: nec tamen harum delicta, transgressiones, tumultus a caelo sint: sed a materiae motu inordinatis caelestis disciplinae legibus usquequaq; non obsequentis. Ut propterea credam nec Platonem, nec Aristotelem in *Timeo*: uel in *Metheotis* istas elementorum tyrannides temporarias ad constellationum uim ullam unquam retulisse. Constat autem & dictis non modo noxas elementorum: sed & eadem ratione damna corporum nostrorum, ceterorūque animantium in caelo causas non habere. Quod quidem & potissimum inter omnia corpora, & ordinis & beneficentiae titulis in ligno, nec ea debet efficere, quae sunt opera potius tumultuantis materiae uel deficientis: quare quod de elementis diximus: licet de humoribus in eodem dicere si nostro corpore illis respondentibus: si praestitit aere hili saturnus: mars rubra: alius sanguini, pituita: alius in dō aliud magis horum planetarū opus, quā frenare has qualitates & cōcinere sub concinnā uitae dispositionē. Nec cum praepotens erit saturnus fuscitabitur, atra balis: ut reliquos perdat, totūque labefaciet: sed ordinarius, compositius, melius se habebit. Idem de rubra dicendum, cum regnauerit mars: quādo quidem illorum radii, & natura sua benefici sint, ac salutares, nec agunt istar ignis sed quemadmodum calor insitus nobis uegetalis animae manu recte operatur ad finem certum pro salute uiuentis: ita lumina illa uititalia intima mentis suae animi organa, non ad perniciem unquā: sed ad cōmodum corporum subditorum & benefici centia agunt, saturnus in atram balē (si quidem illi praestitit) nihil unquā non ordinatū: non uitiosū influet: quare non erit ab illa ad exitū a fatali: sed moderabitur ad cōseruationē. Nec habebunt a stellis suis humores, eū ille praualuerit, quo magis & uiolentius agant, sed quo moderatius atque uariatius. Non quā mors a caelo: sed a materia cum uitio proprio, quaeque qualitas ita degenerauerit: ut praefecti syderis disciplinam non sustineat: sed uel euagetur in modica, uel remissa deficiat. At nostri diuinatores, qui se caeli sicut interpretes ita patronos & defensores faciunt, non tam morbos irritato nimio primarum qualitatū: sed & uitia ipsa cecitatem, lurditatem referunt ad stellas: & quod est detestabilis etiam ipsa monstra: quo nihil dici, nihil cogitari potest absurdius, nam quid aliud monstra quā peccata naturae? Haec autē nemo unquā philosophus retulit ad efficientem causam, praesertim indehicientem omnes ad materiam. Nec ita quisquē delirauit, ut diceret monstrificos partus culpa fieri uirtutis informantis. Quae, si dei acta manu nihil delinquit, sed accendit materiam situ uel quantitate, uel qualitate, male formabilem & opifici suo cōsumacō atque rebellem. At longe maior infantia caeli uirtutem damnare quā seminis. Quae tanto minus errare potest, atque deficere, quanto ipsa natura potētior, & domina & artificio iunctior, a quo nō aliter quā per ipsum ista seminata uirtus inseritur atque formatur. Nimis igitur quā absurdum putare caelestium motus & configurationes, si modo uariant itae configurationes efficientis planetarū, aliter unquā ut atque cōponit, quā naturalis tenor & cursus exigit ordinatus rebus inferioribus, alioquin naturae

Plato,
Aristoteles,
Dāna infortū
corpora i caelo
cāsis nō habet

Mors nō est
a caelo.

Auerois

iste ordo cuius transgressio monstrū ubinā sedet, ubinā habet originem, si non hanc in celo, aut quomodo sua latius uocē audierit, quo tē malā, inordinatā nō natura, cuius origo uitū & stīmitas primis ascribitur nature causis, cōtam optimis, et dinatissimis, & potētissimis. Vere ergo dixit Auerois, q̄ crediderit martem aut sy dus aliud quoquomō dispōitū nocere corporib; aliena credere ab omni philoso phia. Sed ita est certe nulla p̄fessio celo magis iniuria a strológica sup̄stitione, quae quicquid a nobis fit p̄ter rōnem culpa uolūtatis, q̄ quid in materia euenit p̄ter ordinem uicis temeritatis, labulūq; materiae, id totū sydenbo ambit sp̄utare: nec pu tar illorem salū dignitatē, si nō illis idignissima quaeq; accepta referatur.

Caput XXII Ingeniorum & morum uarietatem non omnino pendere a primis qualitatibus.

Erum eniuero si nō faciūt sydera malas corporū affectiōes ipsas saltē corpo rū faciūt diuersitates: nō morbosas, nō uiciosas: nō causatas: sed s̄ra fines integritatisq; naturae media inter se tēperamenti rōne distantes. Sequē. n. hoc uidetur oīno ut si primas; quatuor qualitatū sydera sunt auctores: ut. s̄a satur no nascantur siue cōcipiātur corpora fictiora & frigidiora: caldiora sub Marte: hu midiora sub Venere: atque ita de reliquis: quā tēperamētū diuersitatem solet diuer sitas ingenioꝝ & affectiōnū animi cōsequi: nō quib; cogamus: sed quib; uidentur. Sed hic postea locus latius tractabitur. Illud aut uideamus: an ingenioꝝ & moꝝ hinc nasci dissimilitudo possit. Nā ut aliquo modo uer; salsum tamē aliqua ex pte Cōsequi. n. q̄litatū in corpore p̄potentiū modus: quoq; nō nihil affectiōnū, ut p̄ niores ad iram bilis effluens, segnes pauca: languis hylarioris: tristis atra bilis efficiat. Sed hoc oppido q̄ generale nec euidentē temp̄ respōdet: nec sanissimū ocul tiorib; quibusdā, & maxime p̄p̄riis ingenioꝝ cōditionib;. Dixi nō sem̄ euidentia respōdere: quoniam est interdū inuenire hōes temperamento corporis q̄ simillimos studiū tamen nō quae fecit electio: sed naturae p̄p̄nso dissimillimos. Vidi ego sub uirginea facie serenam imanitatem: sub truci uultu & aspernabili: mitem & amabi lem mansuetudinē: Alios frontis gratia, orisq; uenustate: laticis p̄petuam p̄fer rentes: itas afluare m̄grotib; & tibi eē saludio. Alios quos tu iudices plane satur ni esse mancipia: hilaritatib; atque facetiis omnia serenare: quae possunt alias a pri mis qualitatib; uires germina cōsequi cōsensu sere philosophoꝝ: hoc ē quae nec pri ma illae quatuor: aut filiae aut apendices sunt. Ad quas etiā multa referri plane non posse quae de moꝝ diuersitate uaticinātur astrologi paulo post declarabimus.

Caput XXIII Neq; bella neq; externa a primis qualitatib; pendere.

Illud uero nimis ridiculū si possunt sydera facere frigus aētū aliaq; qualita tes: posse etiā bella, seditiones: posse urbes euertere: impiūq; p̄mutare. Nec minus positioni ridicula ratio. Nā excitata iniquitabilī in corporib; regū & principū aētū animi flagrantiore s̄iant auidiores iniuriae uel teponendae uel infe rendae. O beatam Italiam & p̄p̄tua pace florentē: si piratōfos habere tibi p̄cipies liceat, magnū hoc bonū atq; diuinū paruo cōstare potest: unctiōla una lecti phar:

macibilem educentis si rite principibus diuidatur his q̄ magis bellicosi totum nobis
 parabit orbem. Hæc quis cõfuret potiusq̄ irideat? quali hæc demum belloy; causa
 quali ne magis auantia q̄ ira: nõ cupido: nõ occasio (speciæ potius di). Nõ simulta-
 tes & odia quæ sunt apud astrologos a saturno potiusq̄ a marte. Nõ interdũ amor
 ipse iustitiam bella suscitent atque tumultus: quali nõ sapius sit usus regum pro-
 deas. nunc bonos exercens ad uirtutem: nũc puniens malos ministro saepe malo-
 rum quos ille carnifices in mundanda repu- & quali uisibiles demones habet. Vex
 hac quæuis dendicula dicunt astrologi uidentur tamẽ aliquid dicere. At externa q̄
 pro nostris humo nõ nihilo uariantur: quomodo referent ad illas quatuor quali-
 tates? exilia: dignitates: diuitias: ægestatem: liberos: uxorem: amicos: inimicos: ha-
 bent inquit Ptol. affinitatem cũ animo & corpore: ut cũ animo quidẽ honor & di-
 gnitas: cũ corpore: uxor atque diuitia. Quæ illa affinitas Ptolemae? ut fortuita
 hæc animi corporisq̄ cõditionem sequantur? An qd̄ soletis dicere: si quæ martis in-
 fluxus efficit beliosum: eidem & uulnera & uiolentam mortẽ infligit: quoniam bi-
 lis ardor ad nixas incitet atq; ad arma: inter quæ mors ipsa familiariter habitat. Ve-
 rum solet a nobis id maxime sydey; opus existimari: cũ homo misis in ocio degens
 nulli contumeliosus: in pericula tamen: in gladios: in inimicitias: fatali ut quada-
 m trahitur quasi nolens sponte bellicosus homo: crabonũque ut dicitur iritator: im-
 nus diæmillesus domi obeat inter tuos. Cur igitur ille martio calore destitutus gladi-
 dio tamẽ appetit: quod est opus martis: hic in pace monturi q̄q̄ marte fere ipse cal-
 dior? Præterea possunt huiusmodi quædã nõnihil p̄ferre cõmerciis cũ his quæ itra
 nos sunt: quare ad habitũ corporis referatur: illa qua rõne differentia corporis ani-
 miq; consequentur: uxor: diuitia: dignitates: & quæ hoc genere alia sunt profecto
 ne somnare quidẽ hoc licet. Quapropter & ipse Ptol. primo capite libri apotelesma-
 ton: ubi sua struit rõnem de sydey; efficientia: nõ aliud colligit q̄ q̄ aliquo mō con-
 sequens erit corporis. I. atq; animi quatenus hæret corpori: diuersitatem ab astris p-
 uenire: De fortunatis rebo nahil adicit eo loco: ita enim scribit: poterit igitur dicere qd̄
 quocũq; rpe status ambientis nos aeris sit futurus. Sed & pprium cuiuslibet homi-
 nis habitũ & temperamẽtũ intelliget ducto de statu aëris argumẽto cũ formaba-
 tur. Quare dicere poterit quale corpus: & qualem animũ fortunetur. Tum quomō
 successu tempore se habebit: p̄uidens. I. futuram aëris dispõnem tali tẽperatura cor-
 poris cõuenientem: facere ad eius incolunitatẽ: uel dissonancẽ occasione dare mot-
 bi & egritudinis. Hæc ibi Ptol. in quibus quædammodũ apparet nulla mentio sup
 externis. Mox uero proximo capite ubi iterat dicta noctingue sequentibus: exteriore
 etiam adicit quasi de illis quoq; p̄basset: forte falli putans posse lectorem cui iam
 ratio excidisset. ex qua illud deduci comprobariq; dicebatur. Quare si dederimus
 Ptolemao mutari materiæ primas affectiones: humiditatis & siccitatis: frigoris: &
 caloris: pro conditione statuque syderum: minime tamen concessuri sumus esse sy-
 dera diuersos hominum uariantia casus.

Belloy; cõte.

Externa.

Ptolemaus

Questio.

Solutio.

Confutatio.

Caput XXXIII Occultas vires celestibus non inesse per quas occultas inferiorum rebus proprietates producant: sed calorem tantum lumenque uniuersicum.

Est ita de curiendū an fuerit effectricis vim qualitatum istarum occultiores in syderibus vires eminentiores: quae sunt per quas facere multa possunt quae per primas illas qualitates facere non possunt: sicut sua quadam proprietate magnetis ferrum trahit: peonia caducis opitulatur: & aliis rebus sunt aliae potestates ipsius materiae primis affectionibus & nobiliores & efficaciores. Hoc ratio quarta contendebat asserere nullo modo posse uirtutibus huiusmodi non abundare stellis: nisi quod ab omnibus se-

Confutatio :

re philosophis docetur: beneficio stellarum tales dotes terrenae sortiantur: cum nobilissima coepta sunt: nobilissimisque donibus praedita esse necessario. Sed neque nobilitas horum corporum: nec quod ab illis occultae mirabilesque terrenorum corporum vires esse dicatur: argumentum est quo cogamur uirtutes tales: hoc est esse aliquam praeter eam quam diximus cum calore uniuersico potestate: in natura caelestis sitas opinari. Nam ut potestatem hanc primis exequamur: non accipiunt recte quod dicitur: sortiti calidus uires inferiora corpora quibus ea faciunt quae per quatuor primas qualitates effici non possunt. Fluunt illae dotes & potestates a principibus intimis ipsorum corporum: hoc est ab eorum forma: siue dicere maius essentius: porro calidum sicut formam dedit quam motus ille consequitur: sic dote illas tales uirtutes dicitur. Quam tamen diuersitas a diuersitate sit: non constellationis sed mixtionis: ex cuius uaria proportione alia atque alia forma distulatur. Atque hoc ipsum ad calidum pertinet dignitate sequidē quae diuiditur in multitudinem apud ordinem inferiorum: ea simplici actu & eminentiore collecta: possidet eodem superiore. Proinde si ista sublanaris tam multiformis: tam numerosa turba corporum caducorum: infirma: tumultuaria: particularis: angusta: ad caeleste corpus aeternum indefectibile: simplex: amplum: uniuersale refertur. Ita rationi maxime consentaneum quicquid uirtutis: quicquid perfectionis in partes sectum & distributum inferioribus est: a corpore illo primo: puenire. Omnes autem pariter licet tam uarias tam multiplices: unica sua dote luminis & caloris caelestis largiuntur. Quae plus minus ex serie syderum communicata: facit illorum inter se ordinem potius quam diuersitatem. Nec remotius inquirendum quae dotes istae: quae sit ista proprietates: diximus saepius illas nec indigere demonstrante quae seipsam: & alia cum se omnia ipsa demonstrat: lux: scilicet omnino euidentis: quae de moto corpore profluens afflantemque calorem indicat: sere nobis occultum mysterium diuinitatis: & potestatem in motu: si luce sapientiam: in calore figurat amorem: quibus mouet: illustrat: creat: perhorret: seruat omnia: primus ille deus: primus orbem: inquam sicuti primus est inter omnia corpora calidus: fuerit hanc triplicem ab uno corpore ordine quodam pendens efficaciam praerogatiuam: quod in calo desideramus: aut quod illi deesse nobis uidetur ad summam perfectionem naturae corporalis & principatum inferioris mundi. Multiplicibus insigni distinguique proprietatibus arrogat dignitatem imperfectae naturae: perfecte uero derogat: cui proprium: ut dixi: simul collectum in uno possidere quod partario possident inferiora diuinitas: quod utique privilegium in perpetuo motui corporis & calidissimo lumini non conueniret utique: fuerit ipsum inquam

Magna lucis dignitas.

Deus lux uis: et :

rendū esset aliud in celo qđ actu simpliciter ambitet cōplectereturq; uirtutem corporum quorūcūq; corruptibiliū. Sed in eo si plene hoc reperitur, alia cōminuiscendi nō est necessarius labor. Re pōtur aut indubie, siquidē sine illo res ulla corporea nec generare, nec genita exercere suas opatōes pōt. Tolle enī ipm cū suo calore, nec pōtia caducus opitalabitur, nec iacynthus sanguinē silet, nec reubarbarū bilem educet. Et sicut res quascūq; agunt in nos cessaret efficacia, si caloris intimi nostri somē, so nō excitaretur: ita cessaret & uirtus corporū illoꝝ: & calor ipse uiuentium nihil calesci calore & fouerentur seorsum: & inuicem copularentur. Actus igitur & perfectio uirū quascūque rebo terrenis indita sunt, hocipm lumen caloricū est, quatenus quidē calet, sicut osium calor rursus perfectio est, quatenus lucet. Et quōsdmodū nec uideri colores, nec oculi uidere pterq; lucis istius beneficio possunt. Ita nec dotes corporū, quorūcūq; aut cōsistere ipse, aut se afficere inuicē possunt si motus illius atque caloris ope destituantur. Quare sicut ad dignitatē decorq; pertinet calis qui p tāta cōlog; diuersitate uo nō ipsius naturę lucis splendore coruscant: ita fuerit suę perfectiōis, p multiplici materialū uirtutū numero unā possedisse uirtutem: & illis oībo nobilitatē, sicut oēs colores lux antecedit, & perfectā illay; cōstitutionē sicut lux osium colorum perfectatōn constitutio est: nec plus detrahi potestus dignitati celi si particulares istas dotes stellis abnegamus: q̄ qđ ipm quoc; celi nec flauū credimus, nec ceruleū, neq; prasinū, nec purpureū: quę sicut i terrenis speciosa & necessitaria uarietas, ita nec possibilis in syderibus, nec decora.

Caput XXV Si sua cuiq; syderi & propria uis cōcedatur, esse tamen illam uniuersalem.

Am si contendar aliquis ut pter hanc omnib; cōem pperitatem motus luminis atque caloris, sua habeat quęque stella pperiam influentiā: nō magno opere qđ possam illi resistam. Sed admonēbo diuersas istas uirtutes, quibus inter se differunt, hoc tamen cōuenire, qđ omnes uirtutes calescerēt. Quicquid autē in celo est, & si comparatū uniuersitati celestīū, particulare aliqđ est: idē tamen ad sublimaria si referatur, ut maxime sit angustū, uniuersale est. uniuersale cum dico, ita intelligi uolo, ut totā corruptibilis mūdi pfectionē claudat ut seipso, alioquin celeste non erit, ut parte iam declaratū: mox quoq; latius explicabitur.

Quod si cōcedatur nihil inuabunt rem astrologica syderū iste dotes peculiare, sed erit quidem iouis alia q̄ saturni pperitas: uey non ppererea efficit apud nos aliud iuppiter q̄ saturnus, quare pariter omnia per hanc suam proprietatē uterq; facere poterit. iouis uirtus differt a saturnia nō negabo. Sed nulla uirtus corporū inferorum, quā & iouis aque atque saturnia: & saturnia aque atque iouis nō cōtineat: generet, seruet, efficacem reddat, atque perfectum. Dicam primum cur ita sit. De hinc quomodo fiet, cū ista cōmunionē diuersitas in utroque & pperitatis & actiois. Celi natura nō uidetur aptius simul & breuius explicari posse, q̄ si dixerim, celum unitatem esse omnium corporum: sane nulla est multitudo quę nō a sua unitate dependeat: nihil in uniuerso, quod non ab uno quali fontali capite deriuetur.

Et quemadmodum in exercitu legio quaelibet a d. prefectum suum totus exercitus ad unum referatur imperatorem: ita quae uis series rerum generis cōmuniōne sibi cōsentientis: habet suum principium a quo deducitur: a quo louetur: regitur: & continetur. Quae cū sint multa principia: quasi multiplex unitas ad simplicissimam unitatem primi principii postremo redigitur. Est autem quemadmodū omnis numerus quodāmodo in unitate: ita cū in rege: totus exercitus in imperatore: ita suo in principio sui quasi gregis uirtus omnis atque perfectio. Verum quod in illa gregaria (ut ita dixerim) conditione: diuisum: mancum: infectum: iterminatū est.

Viget in capite interminatē cuiusdam unitatis singulari cōplexu: pug: efficax atq; perfectum. Quo fit ut nihil consequentis corporis esse in capite: & rursus in capite totum corpus esse dicatur. Ita quod est primum inter ea quae sunt ineffabilis deus & nihil eorum est quae sunt: & rursus omnia est eminentia quadam principalis naturae: & omnimodae potestatis: Corporeum ergo genus a quo principio dependebit: potius q̄ a primo corpore loco & dignitate: hoc autem est caelum. Vere igitur quod dicebamus: caelum unitas erit omnia corporum: de quo negari possint omnia quae sint corporum aliorum: & omnia etiam possint a firmam: negari quidē. quoniam quod in illis formatum uarios habet fines: quod discretum multiplex imperfectum: in caelo nec characteres eos format: nec eam pariter habet diuersitatem.

Affirmari q̄ omnia illa simul: non potestare materiae: sed uirtutis amplitudine: & originalis naturae sublimitate concludit. Quae si calidatura est: certe nulli nō calorem suum uenit: nec ita existimandū: ut totum quidem caelum totam contineat perfectionem corporum inferiorum: pars uero partem. Nullum id foret caeli priuilegiū sed pars quaelibet caeli totus est mūdus inferior: exceptis quae in mūdo sunt: sed nō ex mūdo. Hoc pythagorici significasse uidentur allegorica quadam sua sententia qua soliti affirmare: totam hanc regionem sublunarem unam esse stellam: & i quolibet caeli stella omnia esse quae haec nostra regione uidentur: sic i luna: itum quatuor elementorum: itum uallium esse montiumque discrimina: sed & stirpes & animantia quaecunq; apud nos sunt: ita in uenere: mercurio: reliquisq; lyderibus: quo typpo certe non aliud nobis declarant: q̄ quod a struere uolebamus: nullam esse in caelo stellam quae non ambiat totum quod est sub luna: alioquin aliae caelestis naturae non erunt: si non falsē suppositum atque probatum: nihil uerius dici natura in caelestis: q̄ unitatem naturae: corporeae. Tum q̄ hoc fuerit caelo dignum priuilegium: q̄ tanta uastitate & numero luminum innumerabili: sublunaris demum angustiae bonae complectatur. Est igitur in uirtute cuiuslibet stellae: uirtus omnis corporum caduorum: nec hoc differant diuersarum stellarum uirtutes: q̄ alius aliae rebo praesint: cum praesint omnibus omnes. Nec quae fuerit altior praestat inferiori latiore cōplexu: hoc est plurium rerum: sed nobiliore: eadem continens & quae continet inferior: sed unitas longe q̄ illa & eminentius. Videri potest hoc idem in montibus seiparatis & animantium cognitione. Nam sicut omne corpus a caelo ita uis omnis cognitionis participat pender ab intellectu. Intellectum uoco nō nostrum: qui ratio

Allegorica pythagoricorum sententia.

dicitur: sed angelorum quos philosophi mentes & intellectus uocant. Hic sibi superest ad intelligendum, nec aliquid infra se: nec in aliquo infra se inspicit quod intelligit. Non fallitur, non laborat. Et quod in omni genere cognitionis potestatis uariis distributum excedit, id unica potestate excellentius longe quàm sit in illis: possidet in seipso ueritatem conspicit, tangitque presentem certitudine sensus. Habet apud se illam dilabentibus rebus imaginaria facultate: pudet causas & species rerum tam corporeas quàm incorporeas perspicacia rationali non rationalis illius, uel sensus, uel imaginatus: sed per intellectualem proprietatem nobiliore conditione: quod in illis perfectum est colligens: reicit quod imperfectum. Est enim in nobis cognitio physica aliud a mathematica: mathematica aliud a diuina. Nam physica ratio cum sensu consequitur: mathematicam cum fantasia: diuinam cum mente & intellectu. Porro mentium nulla est etiam despiciatissima quae non omnem ueritatem in suo lumine uideat, quam nos illis scientis artibusque, uel attingimus certe uel anhelamus. Ea igitur comparemus ista corporeis sunt in nobis haec artes atque scientiae: sunt in tota cognoscente natura uaria genera cognitionum, id quod in corporum turba diversarum uirtutum uaria priuilegia. Est omnis cognitio participatio quaedam luminis intellectualis: est corporea omnis uirtus participatio quaedam facultatis caelestis. Quasi sicut illa euidenti in ratione: ita perfectius haec elucet in spiritu cordis. His ita positis agite uideamus an recte dixerit quispiam huiusmodi de mentibus illis defluant intellectuales radii, alios fore qui physicos faciant non mathematicos alios mathematicos non diuinos: alios diuinos potius quàm physicos, uel mathematicos: atque ista haec lux erit, ut ista studia, penes naturae diuersitatem mentium spirantium, non a radiorum ab eadem mente suo ita consilio uoluntateque profici scētum: puto rectius sentiet qui nihil esse credat huiusmodi: quod & largiter dare quauis illarum non possit: & quae non sua quidem, more siderum, libertate donet sed natura: & si contingit ut hoc potius inde, quàm illud munus excipiat: non ad dantem in omnia aequae liberalem: sed ad captum accipientis conditionemque dicar eē referendum. Quod si quemadmodum diximus ita se habet stella ad corruptibile corpus: quod ad nostrum attinet hoc propositum: sicut mens ad defectibile cognitionem: pariter erit dicendum posse stellam quolibet ex se dare quicquid corpus subditum, quodcumque sit illud: accipere natum est: ut iam a flatus occulti diuersitate non afflantis stella, quod a stirologus putat, sed afflante materiae diuersitas faciat. Dixi afflaturum occultum, quoniam sideris actio per lumen atque calorem, pro introitu remissioneque radii potest esse diuersa: quod superius explicauimus: sed in occultis istis proprietatibus per quas ipsa se quasi stella propagat, effunditque suas, ut ita dixerim, species & imagines: sicut illa non apparet intentione atque remissio: ita nec ullam apertae diuersitatem ponere persuademur. At iniquis uirtus icous & species ista diffusa, diuersa est certe a uirtute sanatur. Fateor: sed non propterea diuersitatem effecturam: cum nulla sit res in sublunari mundo, quae non utrauis facere possit.

Quoniam igitur actiōis diuersitas facit utraq; idē: sed alia idem facit alio mō: nobiliores nobiliores: & eminentiores. Quāq; nescio si de istis uirtutibus ita statuamus: an efficacior forsitan in nos uirtus inferior: mō quia loco proximior: sed quia natura cognatior: sed alterius operis huc inq; sitio. Hoc tē assentimus. Atq; pter lumē atq; calorem sua cuiq; syderi proprietates cōcedatur. Ita defendi posse oēs uniuersales: ut nulla infaciat ex se diuersitatem inferiorū. Possemus tamen cōcedere uim aliquā particularem illis: cōsiderantes. s. sydeream potestatem. Atq; ita concedere: ut nihil hoc tamen adiuuaret a astrologos: ut si oēs quidem stellas in oibus semp idem operari: sed non omnia in omnibus cōcedamus: uerū aliud aliam ad hoc exemplum. Constant corpora quolibet ex materia & forma: putet igitur aliquis ita se rem habere: ut quae attinēt ad materiā tria minora sydera faciat: luna uenūs: atq; mercurius: diuisis officiis: ut materiā ipsam luna regat: ad formam uero disponatur a uenere & mercurio: uenete p quantitātē: dū sit ordo: figura: cōpositio: decore debeat in partibus: a mercurio per qualitātē. dū formabili mobilitate suscipienda formae cōgruis: induit affectiones: atq; sunt formae manētis a supioribus tribus stellis i hūc modum: ut q; forma sit habeat a saturno: q; det esse & uitā his quae uiuunt a ioue: q; moueat intus excitetq; ad operandū a marte. Quod autē se res quolibet ipsa distindat: & per diffusionē notificet atque ppaget: ad solē potissimū referretur: cuius esse uideatur opa: itā materiā uincere de qua sibi simile paritq; & generatio ipsa & manifestatio. Quid si igitur differrent opa planetarum: quod & ultro cōcedimus mō ratione: non sūde experimentorum: non auctoritate Platonis Aristotelisue coactus esset tamen tunc quoq; omnis diuersitas rerum inferiorū: nō a caelo: sed a causis inferioribus: agente illo quod est suū semper i oibus: eodem mō: sed opere uariato: tum a proximis causis: tū a dispōne materiā: particulariter magis q; uirtutes i syderibus ponere: quādo nec istas uniuersales nulla ratio p̄suadet: ipset de quibusdā aliter suspicari sine piculo: & cū doctōy etiā auctoritate nō nego: sed qd̄ loquens liber ostendat: siquae huiusmodi nec sunt ille quas a astrologi dicunt: nec illis afficimur eo modo quo credunt.

Caput XXVI Epilogus huius libri cum reiectione quarūdā rōnū astrologorum in ipsos argumentantes.

Examinauimus naturales omnes mutationes rerum inferiorum quacūque e caeli opa esse uidentur: nā de fortuitis hoīum casibus in qnta rōnis solutione dicemus: nec reperit in illis quod saueret a astrologis: sed occasio data potius multa obiciēdi: ut sit quod eos anagyris istā cōmouisse p̄niteat. Et. n. quod colligimus idē aliud q; radius luminariū affici corpora sublunaria: Sed nec alia affectioe q; caloris: occalereus caloris q; uitalis: nec cuius aētio aliter imutaretur: q; pro sua syderis: uel ex ppinquo: uel e directo nos magis irradiantis. Ex his principis otium effectū reddidimus rōnem: quocūque sūde experientia in testimoniū sui dogma

tis afferebant: i qua reddēda nō cōfirmari a strolōgiis ex illis obseruatōibō sed firmari
 parebat: & qd illi uel fallerent / uel fallerentur / ubiq; detegebanur. Sic falso appa-
 ruit credi ab illis uim solis exsiccatriōē / aut lunae p̄p̄ salubriter humectantē & lū-
 gidam: falso fingi in luna uis occulsi s̄ter motū & lumē quae mare reuocat & effun-
 dat: falso noxa partus octimēstris reum saturnū: falso signis ascēbi / quasi uir-
 tutis potestatiq; diuersae: qd p̄ situs t̄m̄modo uarietate solis radius opatur falso cri-
 finos dies & p̄odes leberū / ad lunae motus / uel alioq; syderū referri. Deniq; t̄m̄ ab-
 fuit / ut ex istis a sole lunaeq; mutationibō argumentū sūmeretur ad fidem decretorū
 a strolōgiis / ut inde in suspensōne salutaris nō mediocriter adducatur. ita. n. argumē-
 tabatur sub luna si quis cubet: mēbra occupat torpor: & cu ea echini simul imple-
 tur: frige facit igit & humefacit. Solem torridū sensus attestatur: igitur sicū. Nos
 e diuerso sic instamus: luna implet echinos: igitur calida est: demonstrauimus haec
 ex Aristo. stupent frigore dormientes sub ea: igitur calida est. Declarauimus hoc
 aperta rōe: quo pacto. s. id eueniat. In plenilunio fauet cōceptibō alit corpora / cre-
 scens roborat / uegetat: trigridū calida est. Probauimus ex Hippocrate / ex euidētia
 ipsā. De sole pariter appellamus ad experientis / qua patet illius radius sp̄ritum. Vi-
 re omnem uiuificant: uero non est sicca potestatis: sed salubriter calida. Nec dis-
 ficile fuit declarare / quo pacto uel ex accidenti uel nocet uel exurat. imo frige faciat
 etiam sol: luna frigoris & humoris causa esse dicatur: licet syderus utrūq; uiuifici t̄m̄
 luminis & caloris sua natura sit auctor. Sic item colligebant: uidemus a sole & lu-
 na manifesto nostra corpora p̄mutari: nec igitur de alioq; syderum influibus du-
 bitandum est. At hoc ip̄sum de aliis nos in dubium trahit: qd de sole / lunaeq; uide-
 mus: q. s. ab eis ita corporum dispositiones uariari deshendimus: ut reliquas stel-
 las a symbolas potius iudicemus / q̄ in partes operis aduocatas: siquidem lunae lumi-
 ne decrefcente semper humiditas in corporibus attenuatur / augetur semper illa
 crefcente. Cur igitur si quod putant a strolōgi: de aliorum syderum efficiētia uerū
 est. Cur inq; non interdum humili planete cum dominantur iacturam luminis lu-
 naris facientes / humiditates non augent: ut liceat nobis aliquando syderum bene-
 ficios etiam in nouilunio succulentas o s̄reas censare: Cur inuicem illa plena nōq;
 saturni siccitas atque martis uis celi pro legibus a strolōgiis / u lupanrium corpora
 deficcant: & cetera ligna descendit a carie: potius ergo si uent obseruationes istae tollē-
 ribus potestatem planetarum / q̄ a st̄ribus: sicut & his potius / qui lignis effica-
 ciam nullam tribuunt / q̄ qui plurimam: alioquin cum a luna mouetur mare: sic ut
 uolunt nec ipsi negamus: sic in aquaticis lignis posita non plus mouet q̄ in igneis
 nec minus in siccis deniq; q̄ in humidis: aut cur luna nō facit uberiores accessus hu-
 midis iuncta planetis / q̄ exsiccantibus. Et quomodo si uera quae praedicūt de duo-
 decim locis: quas appellant domos: quomodo illud cōsonat: quod ab octo scan-
 dens luna: quo plus summo propinquat fortius agit in oceanum atq; ita fortius ex
 .xii. loco q̄ ex horoscopo: quo tam loco languere heriq; t̄bocillūm̄ oīum syderum

Argumētum
 astrologorū.
 Aliud argu-
 mentum
 Retorquet
 p̄ m̄u An̄.

Hippocrates
 Soluio locū
 dī.

Alia ratio
 astrologorū.

potestatem affirmant: potius igitur stant nobis contra illos ista experimenta: quæ ut contra fidem astrologorum opinionibus arrogant: nisi quemadmodum dicebar Phaenias: ut supra etiam terigimus: quia oceanus quasi lunæ comes cum ea simul senescit adolescitque: putant argumentum eæ ad persuadendum omnium rerum humanarum & parvas & maximas cum stellis atque sideribus euncta duci atque regi. Sed longe dispar: atque ut idem astrologos ludens iactabat: nimisque ineptum & absurdum est: ut quantum ætus oceanis cum lunæ curricula congruat: negotium quoque alicuius quod ei forte de aquæ ductu cum rivalibus apud iudicem est. Existimemus ipsam quoque quasi habena quadam de celo uictum gubernari.

Caput XXVII

Eluquum ut postremam argumentationem dissoluamus petitam ab euentibus humanis: in quibus alia ita uires nostras excedant: aut præter meritum & rationem eueniant: ut decreti fatalis: & celestis potentie uim asstruere uideantur: hoc nos ita soluemus ad præsens ut ostendamus habere suas causas hæc omnia satis apud nos: nec a prætere uicque in omnibus: quod auctorem celum desideret: hoc est nihil in cursu rerum esse humanarum: unde suspicio nasci debeat facta hominum satis regi & gubernari. Nam per iniria quidem libi sequentis non solutes iam: sed arguentes: hæc imprimis celus nullo modo fieri posse docebitus: in quibus istam uim satis agnoscere sibi ipsi uidentur. Ea uero denique duo sunt magna: uidelicet atque mala. Dicamus primò de magnis: uel ad alium pertinet ista: uel ad externa. Sic. n. nobis & Alexandri felicitate: & præceptoris ingenium ac doctrinam obiectabant. Incipiamus igitur ab his quæ ad animum pertinent: Admiraris in Aristotele consummatam scientiam rerum naturalium: ego tecum pariter admiro. Causa celum est inquit: & constellatio sub qua natus est: non accedo: non tamen uulgata ratione: quæ nati eodem astro multi non fuerunt Aristoteles: quæ præter celum sub quo tanquam causa uniuersali: & boetie suæ: & philosophi actiua panter germinant: cause proximæ sunt Aristoteli præcipue & peculiare: ad quas singularem eius profectum referamus. Primum utique ut ille inquit sortitus est animam bonam: & hanc utique non a celo: siquidem immortalis: & incorporeus animus. quod ipse demonstrauit: nec astrologi negant: tum sortitus est corpus idoneum ut tali animæ famularetur: nec hoc etiam a celo nisi tanquam a cõmuni causa: sed a parentibus. Eligat philosophari. Hoc & principiorum opus quæ diximus: hoc est animi & corporis: & sui arbitrii fuit: profecit in philosophia: hic arrepti propofiti & suæ industriae fructus. At plusquam philosophantes multi pari studio atque labore. Fuit in causa doctrina præceptoris: & felicitas seculi in quo editus: ueterum pleni monumentis: sed non exactis ne & labore non adesset inchoandi & perficendi bonas artes materia non deesset. At profecit plus longe quam coetanei & quam discipuli. Sortitus erat non astrum melius: sed ingenium melius. Nec ingenium ab astro: siquidem incorporeale: sed a deo sicut corpus a patre: non a celo. De quo nos tanto loquimur: quam astrologi honorificetis

Quare Ari.
consumatus
philosophus.

quâto causa universalis particularibus causis diuinitis & emanatio. Quod si captus
 excolit ingenii humani uel Aristo. uel phis alius: tunc cause hoc nō oīo deterioris
 quale corpus oē ppter ea q̄ celeste est: sed melioris hoc est diuinitis: sicut Socrates
 maior mea fuit cōm philosphorum sapientiam suam non sydenbus natalibus:
 sed assistenti numini rettulit acceptam. Quare plus celo damus q̄ oporteat: si diuī
 nitatem animoꝝ a corporeis illis radiis demittimus: minus si corporeas differētias
 quæ de priuatis rebus accipiuntur illi quasi particulari cause tribuimus. Minus at̄
 oīo q̄ deceat. cū deformitates ipsas nostras: & labes mentium aīctibomus stellis:
 quod est unum ex illis quibus maxime mouebantur ad astra cōfugere. q̄ apparēt
 in hominibus multis ablonæ quādā appetitiones. p̄ter leges humanitatis: quæ non
 intrinsecam hoc est humanā: sed extrinsecā habere cām uideātur: & quæ potentem
 ideo sydeream. Ego uero ab illis quaesierim. cur signans mulier terram comedat li-
 bentius & carbones q̄ exquisitū omne genus edulioꝝ: Et si monstrifici delictū
 non astrum fed factum causam iuenerint: Admonebo causam pariter eorum quæ
 demerantur in corporis tēperatura potiusq̄ in celo esse querendam. Dicerem ap̄d
 improbos quoq̄ demones: sed a corporeis eos abducerem. Certe p̄ter corporis ha-
 bitum quantū faciat ad huiusmodi portentosas affectiones consuetudo uerissimo
 possum exemplo declarare. Viuit adhuc homo mihi notus prodigiola libidinis &
 inaudita. Nam ad uenērem nunq̄ accenditur: nisi uapulet: & tamen scelus ad ita
 cogitat: scruentes ita plagas deliderat, ut increpet uerberantē: si cū eo lentus ege-
 rit: haud compos plene uoci nisi eruperit sanguis: & innocens artus hominis nocē-
 tissimi uiolentiōr scutica differuent. Efflagitat ille miser hanc operam iūmis practi-
 bus ab ea semp̄ femina quam adiuu: praebetque flagellum prode sibi ad id officū
 aēti infusione duratum: & supplex a meretrice uerberari postulat: a qua quanto
 ceditur duritis: eo seruentiōr incalescit: & pari passu ad uoluptatem doloremq̄ cō-
 tendit: unus inuentus homo: q̄ corporeas delicias inter cruciatum inueniat. Is cū
 non alioquin pessimus sit: morbum suum agnoscit & odit. quoniamq̄ mihi simila-
 ris multis iam retro ānis. quid pateretur libere patefecit. A quo diligenter tam in-
 lite pestis causam: cum sciscitaret: a puero inquit sic afflueui. Et me rursus consue-
 tudinis causam interrogante: educatum se cum pueris sceleratissimis: inter quos cū
 uenisset: hac cedendi licentia quasi precio quodam: mutuum sibi uendere flagiti-
 o sa alternationē pudorem. Hoc ego factum licet graue aurbus liberalibus: uideo nō
 suppressi: ut cognosceremus euidētia ipsa quantum illis affectibus ualeat consue-
 tudo: ne quasi causam habere terrenam nullam possint: celum statim acculemus.
 Nam id quidem astrologus si audiat: damnatam dicit fuisse uenerem in hominis
 genitura: & aduersus sortasterat uel alio mōdō inuastante: adus matris flagellatam.
 Veniamus ad res externas: in q̄o Alerād er p̄ponebat cuius tāta tā repēna felici-
 tas: unde nā ortū haberet quarebat nisi haberet a celo: Facilis respōsio: a uirtutibus
 Alexātri quales habuit multas necessarias imperatori: sortitudinē liberalitatē: la-
 borū tolerantia: peritū rei militantis: egregiā literaturā: & q̄s alias enūerare nō est

Vide porten-
 tulum exem-
 plum libidinis.

Alexādro un-
 de tāta fortu-
 na in bellicis
 rebus.

necesse: ab exercitu quē nactus est: & sub patre Philippo exercitatus: & bene scio regionis bellicosissimū: & ob liberalitatē exemplūque uirtutum amantissimū sui. Ab ignauia populorum quos superauit: unde dictus a patruo pugnasse cura feminis. A fortuna quæ in rebus bellicis plurimū dominatur. Fortunam uero cū dico: calam non dico: sed eam causam cuius meminit Aristoteles secundo lib. phylicæ auersationis: & quam uulgo fortunam dicimus: atque his uerbis soleamus exprimeret: ita fors talis: ita euenit: ita res cecidit: per quam sit ut ludēs asseris: aut iaciant quod uolunt: aut quod non uolunt: hæc est illa cæca nuncupata: quæ pœt illas quas dicimus: & similes causas: Cæsares: Syllas: Augustos: Alexandros: ferat: quæ per se nec de pendere de calo: nec idem esse quod latum: nec providentiæ derogare diuinæ: & quid demum: aut esse: aut nō esse possit: quoniā proximo lib. late differendum est: hic dicere nō oportet: ubi astrologus nō alius magis q̄ Aquinatis Thomæ quē hi sūnt sibi fauore putant: armis opprimemus: quod uero ad id attinet quod principaliter hæc tractatur: Nego quicquid in terris adeo magnū fieri uel uideri: ut auctorem calū mereatur. Nā miracula quæ animi: ut diximus: calo maiora sunt: fortunæ uero & corporis (ut quæ maxima sunt) calo collata minima deprehenduntur: ut quod recte dicit Phauocinus

Phauocinus.

ad. 10.

Nihil magnū in terra præter hostem nihil magnū in homine præter mentem & animū: huc si ascendis calū transcendis: si ad corpus inclinas: & calum suspicis: muscæ te uidet: & muscæ aliquid minus. At quemadmodū quidam in illo nigro agmine formicarum: sunt quæ aliis præsentatobocce: magnitudinē: sunt uictoriæ: bella: paces: officia: labores: & gestas diuinæ. Quæ contemplantibus nobis omnia exigua & nullo discrimine nihil sunt: ita nostra ista corpuscula: nostræ fortunæ: nostræ reges: nostræ: prouinciæ: bella: fœdera: nauis: celo si cōparentur nihil sunt: penitus: cui tōta terra collata: cuius unā portuicula inter se homines igne ferroque partiūtur: indinidnum pœctum est. Non ergo ea est magnitudo rerum terrenarū: ut alterius esse quæ cali opus non possit. Quo si digna nō sunt: quæ inter nos digna sunt: quanto magis erunt idigna: quæ indigne etiam sunt a nobis: ut flagitiosos euehi ad dignitatem: Socratem pœr iudicio stellicatoris: & enormia id genus: quæ quotidie multa & uidemus: & patimur. In quibus imprimis elucere latum: & celestis decreti necessitatem: ait Maeternus. Quem ego cum astrologis aliis libenter interrogauerim: cur erratē nostræ tantopere ambiant stellis imputaret: & cū ipsi peccamus libentius inde calū: quæ nos occulare: quasi aut mirabile esset nos errare: pœnos & malos ab adolescentia: aut errare illa possint aliquando iussu optimi dei incommutabili semper ordine famulantia. Damnantur inquit innocentes: facinorosi premis afficiuntur: a quibus quæ: so principio: iustus an iniustus: si a iustus nec calum satis erit tōto miraculo: si ab iniustus: quod calo opus est: ubi despectrix cali malicia satis est. Quam Aristoteles in pœble matris: cur fere idē semp boni & paupes: cūque multas afferat cās & ueras & factas: nullā tam asserit a calo: ut quæ. Inter fœtes & tribulos: nō calū geminare: sed terrā. At cautus hō & prudens: quod maxime fugiebat discrimē incurrit: reuadit

Aristoteles.

Chicctio.

alius periculū, cui se temere saepius exposuerat. Quid est qđ admiremur, cum nō minus hęc nunq̄ eueniret: qđ si eueniant saepe, pro miraculo sit habendū: horum cū plerunq; fiunt causa querenda est, prius quidem proxima: Hęc si deest, remotior & occulta: cum de raro & fortuito non est alia causa inuestiganda; si eorū satis me; minimus quæ sapientissimus Aristoteles & secundo libro physice auscultatiōis: & sexto primæ philosophiæ scriptum nobis reliquit.

Ioannis picī Mirandulæ disputationū aduersus astrologos libri tertii finis:

IOANNIS PICI MIRANDULÆ DISPUTATIONVM ADVER- SVS ASTROLOGOS LIBER QVARTVS.

Caput primum Qui mos in disputatio seruatus & deinceps seruandus: Tum si detur astrologis qđ maximum dant theologi astrologiā tamen nihil esse.

Ostet hic fere i disputatio mos, ut siqđ & pōat aduersarius qđ & dan sine pnculo & cōtra rōnabiliter negari possit, ne gemus id potius nos qđ demus; et si sit tale quo cōcesso ni; hū magis cōficiat ille qđ cōtendit; atq; ista serie peruenit; tes ad id qđ maximū postulate pōt; ostendamus etiā id si def qđ iure negari posse declaratū est; minime tam colligi qđ arbitrat. Sic, n. & res ipsa quæ uenit i disputatiōe tota plus mēbra pncularius explorat; & qđ multa gratis acci

piat aduersarius itelligit qđ pax certā & absurdā opōne tueat. Quæ tam multis uel nobis falsa, uel certe dubia, tū utiq; oīa se habeant ipsa oso nō esse falsa nō pos sit hūc morē seruātes cū astrologis primum defendebamus tm solis & lunæ radios efficacīa habere pmutādi res interiores. Cetera sydera nihil nobis effluere ob radio- rum uel distantiā uel imbecillitatē: Secūdo loco si dabatur eis, id. f. nō extorquem; nō; sed impetrādo; defluere ab oso aliquid in nos ostēdebamus id tū ab oso intē tione tantum remissionēq; diuersum effluere: hoc est lucē cum calore uniuerso; frīgus aut humiditatē siccitatēq; ab illis nō emanare. Tertio si facerent q̄tuor primas q̄itates nō sequi ut impressiōnū quæ sunt in sublimi diuersitas esset ab eis; aut si hoc foret nō tamē ab illis uel pessulentiā esse uel cathadistimos uel exulsiōes; mul to minus uirtute primay; illas; quatuor q̄litatū res esternas & casū fortunāq; sub; iectas a syderib; gubernari. Quarto si primay; affectionū auctores sydera credere; tur; hoc ē calefaciēdi; frigidificādiq; tū humectādi & exsiccādi potestatem habere nō alias prater ea illis dotes attribuendas per quas efficiant multa quæ per uim q̄l tatam illarum fieri non possunt. Deturque quales; quales haberent stelle uirtu tes & proprietates eas uniuersales ita esse ut nulla esset quæ nō ueram inferiorum corpō; cōditionē potest atq; cōpletteret. Quare agere illa oīa cū oso qđ ē cause ulis ppriū. Diuersitatē at eorū; qđ hāt & qđ cōlingāt oīm a p̄ximis cāis uel libens uel naturalib; uel fortuitis originē ducere. Quæ nos oīa eo cōsilio delēdēda suscepimus

Responso

Mos disputa-
di auctoris
maie cōuicē

Ille mos quō
obseruatus i
hac disputa-
tione

ut intelligerent aſtologi cum aliter ſentiant & aſſeuerant: nō conſeſſa ſe dicere & manifeſta: ſed quæ nec certis illis rationibus, nec euidentibus experimentis, nec auctoritate Platonis Ariſtoteſiſue cōfirmentur. Sed in ambiguo poſita ſicuti p̄pugnatur a quibusdam ita opugnentur a multis: Quibus ſi tota niteretur aſtologia: nec infideliora ſibi fundamenta locaret: nō eſſet apud me penitus ruinoſa: ſed notabūda: hoc eſt tā caderet illa mea ſententia, q̄ uacillaret. Vex: ut aſtologis demus q̄tū illis Aquinas Thomas theologiꝝ p̄multi atq; philoſophi dare poſſe contendunt: nō magnopere. ſ. refragante rōne. longe tamen minus accipent: q̄ accipere illos ſit neceſſarium: ut aliqua aſtologia nō ſolum apud nos ſed ſua natura: & apud ipſas angelicas mentes eſſe deſendatur. Dabit enī illis Thomas id quod maximum dari poſſeſt citra aperta calūniā ueritatis: ut. ſ. oſium planetarꝝ ad nos deſluua cum uirtute p̄ueniant: & aliis aliis ſtellis eſſe p̄prietates nō modo calefaciēdi / frigeſaciēdi humectandi & exſecandi: ſed occulnōres: Vnde uaria munera terrenorū ruſba ſentiat: ut nō oſm p̄prietatē quā habent hoſes cateraq; natura corporalis inferior a ſuis cauſis poſitis habeat: ſed aliquā etiā a celeſtibus: hoc totū & nos p̄cario concedentes aſtologis oſtendemus: nullā tamē iocicoſurā hanc artē: quin de his maxime uaticineret ex aſtris quæ fieri ab illis uel indicari poſſunt: etiā ſi ſiant illa cuncta quæ diximus: atque ita cōcuſſam uel ad interitū priorē libeo aſtologiā nullā iſt pacis uel indulgentiæ ſpe relicta diſputatio præſens funditus euerteret.

Caput II Fortuita a celo non eſſe.

Ornita res p̄ quas bono uel malo euentu fortunatos uocamus homines & infortunatos hæ præcipue ſunt quæ ſicuti fatales ipſimis putantur & a celeſti decreto pendētes ita p̄dictionū aſtologicarꝝ pars maxima & potiſſima materia ſunt. Nā quæ per ſe cauſas proximas habent: ut cōditiones animi & corporis nō exigere adeo ſuperiorem cōm occulnōrēque uidentur, q̄ quæ temere fieri caſuque dicimus: quā ſi fieri ſine proxima cauſa uideantur: talia ſunt ſceliter uel iſt feliciter nauigare: p̄gnam in mercaturā facere: ſodientem terrā theſaurum inuenire: latronibus beſtus occurrere: regi placere: periculū euadere: bona ſeruire: maſt laue ſortiri: domū ingredi mox ruſtura: & quæ alia hoc genere p̄ter cōſiliū p̄ter opiniōnem miferis & uere agris mortalibus accidunt: de quibus ut quæ p̄ſus extra noſtram manum ſint & extrinſecus ueniant in nos optamus maxime aſtologorum a uidere ſententiam. Alioquin quo quis corporis habitu/ſit uel a ſpeculo uel a medi co ſciat: ſicuti & qualē mentem ſciat a ſeipſo: ſi modo mentē habet: At quæ fortunata nuncupamus: ea ſunt quæ potiſſimū p̄ artes diuinatrias humana curioſitas exigit. Hæc igitur ante alia nullo modo de celo p̄uideri poſſe probabimus: nec alia ratione q̄ qua utitur Thomas Aquinas: eo maxime loco quo ſauere in iſt aſtologia gectum uidetur: hoc eſt tertio libro contra gentes: ubi fortunatos a celo & fieri homines & infortunatos dicere uidetur: ea ratio talis eſt. Virtus celeſtis corporis non agit intellectu uel electione: ſed quædammodum natura agit: natura propriam eſt ad unum tendere. Eſſectus igitur qui non eſt unus a naturali cauſa per ſe eſſe non

Quid det thomas aſtologo.

Nullā eſſe aſtologiā & ſi ſuis cauſis poſitis habeat: ſed aliquā etiā a celeſtibus: hoc totū & nos p̄cario concedentes aſtologis oſtendemus: nullā tamē iocicoſurā hanc artē: quin de his maxime uaticineret ex aſtris quæ fieri ab illis uel indicari poſſunt: etiā ſi ſiant illa cuncta quæ diximus: atque ita cōcuſſam uel ad interitū priorē libeo aſtologiā nullā iſt pacis uel indulgentiæ ſpe relicta diſputatio præſens funditus euerteret.

Rō. ſ. Tho.

potest: at quæ ex accidenti concurrunt inuicèq; cōueniant: ea uere unum non sūt: sed dumtaxat unū per accidens. Cōcurfus igitur huiusmodi quæ solemus fortuitū nūcupare: nulla esse pōt p se causa naturalis: sed casalis causa naturalis causa ut dicebamus. Ea igitur res: huiusmodi fortuitay: causa per se esse non potest. Adicit his exemplum: quo simul declaratur quomō nō ē causa p se celū huiusmodi eue: totum: sed tñmodo ex accidenti: insinigitur inquit aliquis a celo ad sepulchrū fodiē dum accidit ei ut in sepulchro thesaurus sit. Quare fodiens sepulchrum thesaurū inuenit: nō fuit hoc a celo ut inueniret thesaurum pterq; ex accidenti: quin ex acci- denti est eundem esse & sepulchrum & thesauri locum: nam insinigare hominem ad sepulchri fossionem in quo latet thesaurus ut thesaurum inueniat: cause rationa- lis est & intelligentis: cuius proprium est rem unam ad aliā referre & ordinare: na- turalis cause non est: qua dūtaxat ad unum fertur ut diximus qualem esse casalē radum nemo distinebit.

Exemplū eiusd

Caput III Quomō rerum fortuitarum causa sit deus: quomō angeli: quomō calum: quomodo nos: quomodo fortuna.

Vm de fortuitis rebus mentio fiat: opere estium fuerit altius explicare quæ sint illay: cause apud philolophos atq; theologos: nam ex his quidē quæ ha- etenus diximus extimari posset in casū nos illā dūtaxat temeritatēq; referre nec improbandos esse astrologos qui seruare in his quoq; extraordinariis ordinem & certas causas conarentur: ut nihil temere in natura: nihil sine causa legitima sie- ret. Quæ si qua cogitanda est: illa uidentur potissimū eligenda quam astrologi acci- piunt: calum. s. cū nec infra celū talis ulla iudicaretur potēs. s. rerum omnium quæ sub celo fiunt: nec supra: nec dicunt: uidelicet cum multa indigne preter mentum & rationem fieri uideantur: quæ potius corporalis causa: quandā necessitatē q; pui- dentiam arguūt eligentis. Quare ut hos scrupulos extrudamus disserere quadam- latius super his rebus utile fuerit: ut possiq; a celo gubernari hæc nō posse monstra- uimus: nec unde & quomō gubernētur aperiamus: fortuita fieri dicimus quæ sicut intentionē opantis eueniunt. Quare tñ in rebo humanis fortuna dicitur: ut quæ solæ consilio rationeq; fiunt. Exemplum tale quo superius etiam usū pposuit agri- cultor terram fodere culturam soli cogitans nō thesaurum. Accidit ut thesaurū i- ueniat: fortuito factum dicimus: nec repenti thesauri causam aliā damus q; fortunā. Fortunam uero nō intelligimus aut numē aut naturā: aut rem osno aliquam cau- sam talis euenus: sed potius excludimus tantum fortuna factum dicentes: ac si di- camus ita euenit forte non ex aliqua causa. nā fossio quidem terre causa dici nō po- test: non sit terra: quatenus terra est locus. Sed accidit eundem locum terrā simul esse latebraq; thesauri. Quapropter si quætas qua causa factum ut eruerit iste the- saurum: nullam est asserre: nō non una causa: sed fortuitus cōcurfus plurium: hoc causarum effecerit. Propterea errabāt qui fortunam in rebo esse negabant: quæ opi- nionem secūdo physice auscultationis: & sexto primæ philolophæ libro conuellit Aristoteles: Errabant autem nō quia putarent quæ nobis impenoula fortuitaq; sūt

Fortuita quæ dicantur.

Exemplum.

ea nota pulsaque esse posse superioribus mensuris: quare nihil absolute simpliciterque esse fortunam: sed quod arbitrareretur huiusmodi euentus necessario habere primam per se causam: non intelligentes quo pacto quod est unum per accidens: causam minime exigat per se unam: ut hostem eundem musicum esse & bellatorem causam nullam habet: alioquin si simul essent propter aliquam causam ordinem suam haberet ex illa causa: quare autem sibi temere accidit: ut bellatori esse musicum: musicos esse bellatorem: patet ea in utroque ordine non habere: quare nullam habet per se agentem causam: sed ex accidenti tantum: sic recte Peripatetici causam & fortunam defendunt in rebo necessitate exterminantes: sed errant ex eis quodam detestabilius qui auferunt causam: pœgites. scilicet aliter ista fieri quod fortuito hoc est nullo consilio superioris cause: nulla prouidentia: pullulat. n. pestilentissimus hic error ex impietatis radice qua creditur aut non cognosci: aut si cognoscitur non curari a superioribus rebus humanas qui alibi ratione reuincitur: ubi contra philosophos impios erit disputatio: nunc ueluti per iudicium falsus abiiciatur: auctoritate osium theologorum totiusque philosophorum familiaris & Aristoteli peripateticorum principis in moralibus libris: ubi de honestate quod ubi de bona fortuna differunt: illi cura esse homines deus sapienterque sapientes: & hic nota esse deo sensibilia omnia preterita atque futura: & in his dirigere nos ab eo clarissime asseuerauit quod in libro quoque de mundo: libro utique Aristotelis sapientia digno confirmauit que platonice illa de diuina iustitia sancta quasi otaculi cuiusdam coronide terminauit. Si igitur curant humana dei: sic enim loquimur: ut custodes angelos: & intelligentium causas: seruum ordinem complectamur ut dei ueni consilio prouidentiaque la mulantem: Si inquam hoc uerum est nemo dubitauerit insignitas ab illis homines ea sepe facere que sunt homini non sua non pregnata illis uero sapientissima preognitione disposita. Vulgarissimum est exemplum de seruis eodem missis a domino ut conuenirent ignaris tamen domini uoluntatis: quoque conuentus atque concutus ipis seruis inopinatus atque fortuitus domino pulsus & pœordinatus est: sic paueras utilitatem pauperis agricolæ custos angelus potest ad eum locum effodiendum iuitare motibus oculis: ubi nouit angelus esse thesaurum: ut quod pauperi fuit fortuna consilium tamen angelo fuerit: hoc respiciens Aurelius Augustinus quinto de ciuitate dei libro non inquit eis que dicuntur fortuite: unde & fortuna nomen accepit nullas esse dicimus: sed latentes easque tribuimus uel ueri dei uel quocumque spiritu uoluntati. Dixit quocumque spiritum: quoniam tam a bonis hoc fieri potest quam angelis malis licet non omnia possint mali que boni: nec idem utriusque finis: sed bonis quidem conueniens hominum bonum: malis uero malum: frustrate illos tamen malicia bonitate diuina dum in bonum ordinat redigitque quoque ab illis mala fuerit uoluntate patratum. Sed hæc alibi latius Proclus platonice in commentariis in Thymæum eadem ratione pro qua & Augustinus fortunam definiuit esse demoniacam præteritam congregantem in uicem casus iter se diuisam: nec differt a peripateticis determinatione qua dicitur fortunam esse in electione humana causam aliquid efficiens ex accidenti: sed altera causam remotiorē occultiorēque: altera proximam notatque respexit. Dixit. n. Proclus demoniacam præteritam quod ita uocent platonice quascumque menses iter homines positas & intellectus superiores a particulari & proxima rebus nostrarum

Alius error
detestabilis

Liber de mundo
Ari. sapientia
dignus.

Augustinus

Definitio fortunæ
a Proclo
assignata.

cognitione semotas. Declaramus exemplis hac quō fiat ubi & calū i his qd agit itel ligamus. Domi erat Luctus & foris qdē qd agere nō hēbat: uex. sedir aīo tam exēū di (sua simulatq; egressus domo ē: tunc domus: fortunatū dices q piculū iminē: sic euitauerit: cuius rei cām a male pio philofopho si quaerem: sed & male philolo pho respōdebit casu ita factū: nec aliā cām requirendā: si quaerās ab astrologo i be/ nignā hoc aliqua radiationē refert fortunātis planeta: cuius ope defensus ille sit a ruina. Fallitur aut̄ ratione superius enarrata: qm̄ icitare Luctū ad egressū ne sub ru ina pereat cause est itelagens agētiq; cōsilio & rōne: Quālis nec iouis nec aliterius stelle radius: tñ esse hoc de celo potuit ut ad egressū Luctū aius eēt p̄pensior q̄ ad quē: sicut hoc quoq; ab ipō corpis habitu esse potuit: ex quo alū sedentariū magis alii ambulatores hoies sūt. ut i qua fuerit huius boni cōstellatio cā: fuerit ex his po tius quae uegetes nos reddūt & melius appetētes. q̄les maris dicit: non benefica quae piā & defensiva a malis quādo ut lapsus idē iuehamus. Sic. n. expedit ordis/ nare illa iuios radius nō pōt egressum. f. tuitioēq; a ruina: sed quēadmodū elige/ ti egressionē Lucto spaciādi gratia fortisū est: ut egrediens mortis dicitur in eua/ dā: ita cōstellationi sicut nō talē esse cōtemus: suū tñ illū ad mortū: fortuitum est profusq; accidentale: ut liberet a ruina: quo sit ut nec cognoscēs astrologus qd tunc istuat calū Lucto aliud sit quod cognoscāt: q̄ aiudū illū futurū motus ambulatori/ nūq; sed ratio: ut simul domū & periculū cogitat p̄cognosci ab eo posse nec thema nec ratio uia cōstent. Vna igitur lapsi tā cui puillū hoc nec fortunatum esse po tuir diuina. f. uelle cā stus asum Luctū insignisq; ad egressum: ne sub domo mox casura dispareat: quā. f. & casus idē nūmen intelligit: de ad eū sine ordinare Luctū exitū pōt. De radio corporali neutri dicit pōt: quare nec philofophus ullus fortu/ nā dēsinuit caelestis dicitur cōstitutionē: aut geniturae factū: aut tale quippiam du ctū a dogmate astrologorū: sed aut ad ipm̄ casum iopinātūque cōcurū causatum se restulerūt: aut ad itellectuales cās inuicē cōcidentes suo cōsilio: quae nostre pu/ dentiae lines effugerunt: sic magnus ille philofophos: dux Aristo. qd sit bona lectu na: qd mala: qd fortunatū esse: qd infortunatum latissime differēs: ne dum decer/ nēdo caelestū meminit cōstellationū: sed nec ingrendo disputādoque: quia istā ge nethiacos opinionem nec dignā putabat: de qua philofopus homo dubitaret: sed uelut alia circularioy deliramenta potius Rex libulas & p̄sugia q̄ iter controversias philofophia deberet anumerari: ipse igitur Aristo. in eo tractatu post diligentē to/ tius quaestiois examinationē ita dēmit cū nobis bene ita fortuito euenit dupliciter fieri solere: aut incidētibō nobis p̄orsus (prudenter in id qd bonū facit euentū: aut quīs nō cōsilio deliberatione q; speru tam ad id animi ductis: cuius ita rōnem igno ramus: ut quō ille se fert oblitimantissime tñ themo uelocq; descēdamus: illud primū ad casum purat referendū: hoc ad diuinā motionē qua peritus ipsa uoluntas occul tis impulsioibō inelinetur: quod passi solent illa dicere. p̄sagit animus nescio quid: nō possum aliter uelle huc rapior: alia cogitāti mens nō accedit: & ita cum sui con siliū rōnem nullam reddere possunt: ita tamen libitō sibi: ita p̄iudicatum aīo prima/

Exemplum su/
pradictorum

Aristoteles.

Aristo. q̄. re?
 et de deo & anima.

inter assuevit. Quo loco philosophus Aristoteles & deo nota esse omnia: ut superius diximus: & nihil esse sublimius deo unde possit uoluntas nostra moueri: quod magnum esse finctualitatis argumentum affirmat: Ex quibus omnibus ita colligi potest rerum humanarum quidam fieri casu: quidam natura: quidam electione: quidam diuino consilio: nam licet nihil sit præter dei consilium: ita tamen partumur ut fieri diuinitas: ea dicamus quæ se habent sibi hominum mentes non efficiunt: sed peculiaris naturæ impulsu commota: Iamque præter illam generalem summa potentiam omnibus assistentiam: sine qua nihil esse, nihil fieri licet minimum potest. Sic quibus proprii hominis sit agere electione: regitur tamen interdum natura cum motibus affectuum: corporali uim principatus iudicium rationis non expectat. Declarantur hæc uno exemplo: dicit rex bellum finitimis forsitan in causa natura regis est bellicosa: cupiditate iniqua: forsitan non tam passione ducitur quam ratione uel iure uendicandi: quod si uim est uel iniurie reponenda: uel alius de causis. Potest præter hæc omnia spectare dei consilium interuenire: semper iustum: semper rationale: licet non eius tempus uel iustitia uel ratio omnibus pateat: Dei inquam consilium: & animantis ad bellum procedendum: & cum ita libet armantis ad uictoriam: quo pacto loquitur apud Hieremiam prophetam: Ecce ego mittam & assumam uniuersas cognationes a quoque nis: & Nabuchodonosor regem babilonis seruum meum: & adducam eos super terram istam: & super habitatores eius: & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt: Et apud Eliam: Assur uirga furoris mei: & baculus ipse est in manu eius: dignatus in mediis gentem iniquitatem mittam eum: & contra populum furoris mei: non dabo illi uictum: aut erit spolia: & diripiat spem: & ponat illum in conculcationem quasi lutum pilorum: ipse autem non sit arbitratur: & cor eius non ita extimabit.

Capitulum III. Ad celum non esse referendum: si quid a nobis sit quod nostras uires excedere uideatur: sed potius uel ad angelos uel ad deum. Atque inibi de fato multa utque diuina spudentia: nostram libertatem non tollat.

Vn quid uero ab homine sit quod eius uires excedere uideatur: in solis solet euentus admirabilibusque mortalitas nostra concuti: uictaque rerum magnitudine suspicari uim cause potentioris: id agentis in homine atque per hominem: quod si humanæ uires facultatis excedat. Et hæc quidem suspiciones: qui cætos tantum oculos habent: rapiuntur ad celum: quo nihil ipsi manus uident: aut potentius sentiunt: malæ ita compotes mentis: ut ad causam amencem experientemque cognitionis illi referant. Cui nec omne mentis humane consilium satis esse creditur. Quod si respondeant illa quidem a deo disponi & ordinari: sed a deo per cælum sideraque compleri: quotum uirtus & efficacia tanta sit: minus quam absurde dicere reuincuntur: si quidem intercedentes istæ cause inter deum & nos: sicuti humiliores deo: ita sublimiores hominibus esse debent: nec quæ ratione consilioque peraguntur: qualia nostra sunt per irrationalia corpora: decet ab auctore primo dispo-

ni: sed quem admodum ille elementariam molem / ut pote deteriorem / per caelestē
 quæ melior est / regit & moderatur: ita res humanas nō corporum sed angelorum
 mysterio: qui natura dignitateq; mediant inter nos & deum / conuenit gubernari:
 quare cum a deo descēdis ad terram / descēde per caelum: cum a deo descēdis ad
 homines / descēde per angelos. Sic angelum: perfarū: graecorum: iſabreorum: le-
 gis apud prophetas: suis populis prouidentes: & apud Platonem / omnesque plato
 nicos locales deos: urbibus: regnis: hominibusq; prapositos: quorum mentionem
 quoque factam ab Aristotele: & antiquior Iſidorus: & post Iſidorum Clemens ale-
 xandrinus in Stromatis meminerunt. Neque nos turbet q; indigne quædam inter-
 dum / in iustisq; fieri nobis uidentur: ut propterea ad causam naturali necessitate
 nō consilio agentē / libentius recurramus. Nā ridicula sane fuerint urbes uisiora mō
 cipia: si de consiliis principis iudicare presumpserint: multo nostra uel ridicula / uel
 sacrilega potius temeritas: arbitrium tibi uindicans primi ordinis sapientia: que di-
 uina: quæ nō in unius hominis: unius familie: unius urbis: sed orbis totius utilita-
 tem: nō ad seculum instans: sed ad omnia pariter secula / oculum prouidentia: ita-
 diumque sue bonitatis extendit. Nos hæc homunculi / imo noctuæ talpæ: uere asini:
 uere boues: & quidem septimi diiudicantes: & deum reuocabimus ad exa-
 men? Qui sepius nec in illo / quantulūcunq; est quod habemus iudicium:
 sed animi porius morbo iudicātes: iniuste factum quarimur quicquid fieri ipsi nol-
 lemus: Et quis non asseueranter exclamasset dormitare deum cum iustus Iosephi
 uenūdabatur a fratribus: Quis nō etiam nullū esse cum idem cæcerem præmum
 castitatis accipiebat: Vide mox eum in agypto regem / uel a rege secundum. Vide
 patrem cū tota familia a fame redimentem. Vide prophetam nobilem: nec negabis
 a deo facta illa priora / per quæ ad ista deinceps / ordine suo peruentum est. Sed &
 altius si suspexeris ut ab illa tam impia mercatura rem eo perductam intelligas / ut
 descendens totus populus in agyptum / diuque ibi attritus ab agyptus regibus / ita
 gloriose in libertatem asseratur a Moyse: tot prodigijs confirmata potestate dei: tot
 oraculis manifestata: in pharaone: in agypto: in hæbreorū populo: per legem: per
 tot miracula diuina: manifestatis: nunc per beneficentiam: nunc per iustitiam: quæ si
 gurarent futura sub Iesu diuinæ corporationis ineffabilia illa mysteria. Profecto uel
 insanus adduci eo non poteris / ut sine ratione fieri quicq; suspiceris in rebus huma-
 nis: proptereaq; non a deo optimo sapiente: sed uel a demone malo cum manicheis
 uel a corpore syderis revolutionis necessitate cum astrologis: uel a casu / sortuito
 temeritateque gubernari: cum non multis male philosophantibus credas: Sed &
 quotiens suscitari bella & cedes: & urbium uastationes: & euerſiones regnorum /
 telliges: non mixturam duorum radiorum / aut interpositum naturali cursu suo lu-
 men inter solem & lunam cum præstigiatoribus istis causam cogitabis: sed cōsilij
 dei: uel punientis malos / uel exercentis bonos: Vnde ille ductus dei flagellum: &
 aliter satis proximus seculo nostro: non hominem esse se dixit: sed iram dei orbisq;

Propheta
 Plato.
 Iſidorus anti-
 quior.
 Clemēs ale-
 xandrinus

Manichei :

- Herodotus.** uasitatem. Sapiens ille perfarum apud Herodotum qui discubente apud se in cō
uiuio Thebanos cui futuram siue gentis cladem, nescio qua presensione sibi præco
gnitam referauit recte locutus est. Nam cum luaderet Thebanus: ut idem impe
ratori exercitus denunciaret: dehortareturque ab incepto cuius esset futurus exi
tus tam infelix: respondit id homini esse inuitabile: quod fieri deus ordinauerit.
Quare nec suis uerbis: solum imperatorem admonet: sed et eandem futuram: quando
ita deo decretum esset: proindeque se etiam Maridonium (ita erat principi nomen)
sequi alligatos necessitate placetque q̄ necessitatem non astrorum: sed diuini cons
ilii dicit: quam & fatum si quis uocet: rectus inquit Augustinus sentiet q̄ loqua
tur. Est autem hoc sari nomen quantum ex ueterum colligi monumentis potest in
quadruplicem significationem acceptum: ut fatum uel ipsa natura sit: uel causatū
series ordoque nexu necessario cuncta producens, uel siderum constitutio: cū qd
aut nascitur: aut concipitur aut inchoatur: uel diuini consilii executio certa inuita
bilisque successus: in primam significationem accipitur ab Alexandro ex afrodusia:
de in libro de fato ad principes Seuerum & Antoninū: ita enim fata esse conce
dit: ut fatum ipsa natura sit quæ principium aliud est ab electione: quare fato ignis
caesat: aqua humida est: sol illuminat: sed & cum quis dissoluto corporis tem
peramento moritur: fato moritur. Si uero uel ex equo præcipitatur: uel gladiis occi
dit: fato non moritur: in quem modum de Didone Virgilius mortem sibi per uim
preparatē dicit: Sed quia nec fato debita nec morte peribat. Astrologi uero ad ma
xime genus moris in fatū reiecerunt: sic Demosthenes.

- Et ita quidem fatum nemo esse negauerit sicuti nec naturam: Quo pacto & Ari
stoteles quinto libro physice auscultationis fatales dixit generationes: hoc est quæ
secūdam naturam sunt. Nec dubium cum sic fatum intelligamus multa fieri soet
fatum: sicuti & multa sunt præter naturam uel calu uel electione nostra: uel ut li
quit eodem loco Alexander ipse Afrodiseus consilio decorum. Qui uero secundam
inuererunt opinionem: cogitauerunt in ipsa natura nihil non fieri necessario: si quis
omnes simul causas cōplecteret. Nā qui multa fieri dicūt extra necessitatē: hoc ita
defendūt i naturalibus rebo & arbitrariis. In naturalibus: quia nō omne quod sit na
turaliter necessario sit: cū natura opus impediri possit: i arbitrariis quia electio nostra
& arbitrium liberū est: illi coneta sic in stat: in naturalibus quidem si quid impeditur
necessario impediri: quia & illud impedimentū a naturali causa est: quæ tandem ad
supremā naturā: hoc est calum redigatur: Ea uero necessario agit: sed fallūt: nā
ut impedimēto qdem fuerit causa naturalis: fuit ea tam quæ & ipsa potuit & nō esse
& impediri cū agebat: quare cōtingens illud impedimentū non necessario fuit. Et si
de illo rursus impedimento nos urgas futurum. I. causam naturalē: quæ & ipsa
sicuti naturaliter: ita necessario aut impeditur: aut nō impeditur. Respondeo te
si mundum credis eternū: aut in infinitum p̄gressurum a causa contingente in con

De fato.
Augustinus.
Fatū q̄dntā /
riā accipi.
Prisus modus

Alexander

Virgilius.

Aristoteles

**Secūdus mo
dus fati.**
Alexander

**Cōstitutio se
cundi modi.**

tingentem causam: iter quas ordo fit semper accidentalis: nec unquam ad unam causam primam necessariam peruenturum: Vnde sequentibus necessitas inuehat: scum nulla fit talis intra naturales: quando nec celestis cuius operibus & materia & cōcurrentes inferiores causa facile obstant: Si uero de mundi creatione cum theologica ueritate cōsentiat: Deuenies per importunum illum regressum ad primam rerum contingentem institutionem: unde tollitur necessitas: non confirmabitur electionibus nostris multo irrationabilius inserunt necessitatem: quoniam uoluntas nihil eligat: non praedictatū a ratione nec i nostra fit manu: ita uelle iudicare: sed falsis nituntur assumptionibus: ut ab aliis aliis: & a nobis alibi declarabitur. Nam peculiare hac scilicet tractatus exigunt. Nec magnopere pertinent ad confutandos astrologos: quorum illa sententia est acceptio facti toto opere confutanda: differens a prima opinione: quod naturam ipsam celestem non solum naturalium: sed & fortuitarum ut uidimus rerum originē facit: maleque de causis inferioribus in hac parte maxime sentit: pessime de celestibus: quando licet natura caelum sit: constellationes tamen illas quas fingunt ex siderum positura: per loca: signa: domos: aliaque id genus: causae naturales non sunt: sed fictitiae: nec ex uno illo momento initiali dependet operatio celestium: nec ad ea quae propria sunt inferiorum causarum referuntur: ut iam declarauimus: & sequentia magis declarabunt. Restat quarta facti significatio theologica: sicut illa prima physica magis: sed utraque uera: ut pendentem a diuino consilio tenem ordinemque causarum notet: sub quo nihil nostri libertas pascitur: scilicet firmus & nos iter has esse: nec i hac chora facti panam ut tamen: sed agamus: siue igitur dei prauidentiā: siue puidētia: hoc est siue mentem illius omnia praecognoscentē: siue uoluntate ex suo placito oia disponente attendas: nullū fit prauidicū liberis actioibus nostris. Nam si puidentiā cur non libere facio: quod puidit deus me facturū: nam si erit quod ille puidit: utique libere faciam: quod libere me facturum ille prauidit. Sed & quia erit quod uoluit: uoluit autem me esse liberum: libere agi: quicquid agi: nisi ipse mihi meā libertate ademerit. & certe nō solum praecognouit deus uoluntates nostras: sed & praecordinauit: nec cum id Gregorius uisus Damascenusque negaret: uidentur aliter negare quā ut admoncant. Cetera quidem per uoluntatem diuinam: relectioes nostras per illam cum nostra etiam uoluntate disposita tamen ut non modo cogitationum nostrarum euentus: sed & ipsae cogitationes ipsa consilia: praeposita nec regum tantum: ut scriptum est: sed omnium corda i manu dei sunt: quod solus oia moderat: nūc i his quae nec ad uitium attinet: nec ad uirtutē idinās uoluntate quo liberū illi: si sic decreti alicuius sui exigat abolitio: nūc uirtutes i nobis: sed & nobiscū iohans & pificis iohatas: nūc a uirtutibus ad uitium motus: per uitas ad iustitiam: uel ad mouēs uirgū pedagogi p misericordia: uel cōminuēs quod i halluatus p iustitia: oia semp̄ aut bona: aut occasiones certe faciēs bono: uita de fato de puidētia & hūana: re: gubernatōe dixerimus: cum per se cognitu: uilia: tum ad conuellendam astrologicam uanitatem

Tertius mo /
dus facti toto
ope cōfutan /
dus.

Approbario
quatuor accep
tōis facti

Ex p̄cientia
dei non tolli
ntam liberta
tē neque ex pui
dentiā.

Declaratur
i nra Damaf.
& Gre. mīceni

necessaria: ut cum quid fieri contingereque uideamus: q̄ aut maius uideatur aut ordinatus: q̄ ut i casu hoiemus referatur: non uim ibi corporaliū radiog: sed diuini consilii angelicique ministerii cum humana libertate curam potestatemque intelligamus. Liquet autem ex his quæ diximus & quo pacto tum præuideri futura: tū præcauari cum sint mala possint a nobis: nam si fortuito tantum fierent res humana: nulla præsentio futurorum esse posset. Cum autem humano diuinoque consilio fiant: potest humana ratio de illis non nihil coniectare: soli uero numine afflari præuidere certissime: q̄ prophetarum prædictiones oraculaque confirmant: proximi licet longissimo proximi interuallo prophetis prudentes sunt. Vnde illud Euripidis: Qui bene coniectauerit is uates optimus esto: Sic in procurando felici rerum successu infortuniis quæ uitandis illud potissimum est: deum sibi conciliare propitium animi puritate: pijs operibus: uotisque sanctissimis post hoc ipse sibi homo consulat: sua prudentia: nam licet in plenisque rebus multum fortuna possit: plurimum imo totum in omnibus dispositio certæ diuine uoluntatis: ipsam tamē rectam uiuendi rationem magnum in his habere momentum necesse est: nisi frustra collatum hoc nobis munus a deo dicamus. Quare recte dixit ille nullum absesse numen si sit prudentia: sed nos facere fortunam deam caeloque locare. Propterea Plato in epistola ad Syracusanos: cum Homenciilius dicti meminisset: Diu mentem abstulerunt: quia homines potius adiectam ipsi mentem abstulerunt: qd̄ Euripidis ille sententiā confirmat: qui sortem animæ filiam esse dixit. Prudenter igitur uitam insitruentes ratione naturali: tum p̄a religione diuinam nobis beniuolentiam parantes: uitemus omnem superstitiosam uanitatē: alioquin quis uel futura præuidere: uel cum sint mala præcauere per astrologicas sperauerit obseruationes: audeat Esaiam sibi dicentē: Veniet sup te malū & nescies ortū eius: & iras et super te calamitas quā nō poteris expiare.

Plato

Esaias

Caput V Nec præterita nec quæ ad alios attinent posse ex aliqua constellatione præuideri.

Vod si habeant sorte de fortuitis rebus aliquid quod respondeant: Quæq̄ habere nihil possunt aut uerum aut uensimile: De his quæ geniture horam antecedunt quæso quid respondebunt: hoc est quoniam pacto putabunt efficientem causam suis effectibus esse posteriorem? Quid de his item quæ non solum priora: sed etiam aliena: ideoque suas causas non huius geniture constellatione: sed alibi possidentia: ut cum ex hora qua filius nascitur de parentum auorumq̄: & fratrum natu maiorum naturis fortunisque pronunciant.

Hæc enim & priora illa sunt constellationibus: & ab ea tidem aliena: ut quæ a præteritis iam diu proprijs constellationibus sui habeant satū ordinem & dependentiam (Si quod scilicet eē satū a celo existimemus) i eo itē qui nascitur quomō

illud efficit natalina constellationis quæ multis ille diebus ante diē natalē accepit. p̄di-
cunt. n. ex themate genitura: mias ne an femina sit qui nascitur: mancus an itreget
palester an deformande: q̄ alius huiusmodi corpus ordinatio de quo obsequia alia
erat priusquam e matris ut ait Lucilius bulga infans committeretur. hocum om-
nium prædictionem quis sibi ratione astrologi vendicant: sed nec effectu causa po-
tenter: nec prævidentur ex celo aliter quæ inde prævidentur: q̄ quo pacto effectus
ex causa præcognoscitur: Haly auenrodā à potestatiōis Ptolemae libros enarrā
quali nostram hinc solvens quaestionem ostendere uoluit quoniam pacto) ex fra-
tris fratru ex filiorum genituris parentū fata prænderentur. Nō quoniam inquit mu-
lier cōgredit uiro totiens cōcipit: sed tūc solū cū ea incidit hora cuius cōstellatio) cō-
parētum cōstellatione cōcordet: & quoniam quæ cū alio pariter cōueniunt inter se
quoq; cōuenire necesse est: si conueniūt cum parētum cōstellationibus filioy) cōm
genitura: erunt ip̄e quoq; inter se cōcordes: quare & maruo etiā sua inuicē fata sol
gnificabūt: sic ex fratris fratru) ex filii genitura parentū nature. fortunay) demoni
stratur. Ego uero hanc astrologica subtilitate nescio quid primum coarguit uel iri
deū. Nō cōcipit inquit mulier nisi qua hora syderum polino cum parentū syderi
bus cōuenit. Nō igitur ex ea hora qua nascitur: sed quā concipitur puer parentum
debet facta p̄uidet: Sed & cū alio itē celo pater alio genitrix nata sit eius qui cōci-
pitur: quomodo una poterit cōstellatio tam diuersis cōstellationib; respondere: aut
si hoc fieri posse putent aliqua syderum diuersitate: quomodo tot filiorum themā)
ta thematis patris & matris) simul respondebunt: Cum ab hisdē syderibus ab haly
dem cali regionib; peti in cōbo debeat parentū significatio. A quarto & decimo ca)
li loco fors patris & matris ab illis inuestigatur: a sole item saturno. uenere & lūa.
Hoy) dispositio in themāis geniturarum uana sere temp & multiplex p̄ uarietate
filiorum itū istam omnem uarietatem putas posse non uariare a constellationibus
genitorum: quāsi possit ab alio non dissentire. quod a se ip̄o prius dissentit: aut nō
sit futurum: ut idem pater necessario & fortunatus sit & infortunatus: quoniam
eius. s. alter filius quantum habeat locum felicibus radiis illustratum: alter uero
infelicibus obfessum. Quod ut uideret uulgas astrologorum solū dicit: non ab
omnium filiorum genituris: sed ab eius qui esset maximus natu parentum fata p̄i
uideri. Sed adimatur statim eis illud perlugium: de fratrum genituris: quas ostende
debant iceros inter se conuenire: q̄ cum genitorum constellationibus omnes pa-
riter consonarent. Sed quid oportet rem operosius consistare euidentissime his
uolant. Qua enim ratione defenditur: non concipere mulierem nisi qui tunc con-
cipitur ea sit deinde hora nasciturus cuius constellationis eius modi sit futura quæ pa-
trium eius qui nascitur sortem atque naturam astrologo possit significare. s. illis
celum & tota natura deferuit: nec potest aliquid fieri in uniuerso nisi eo fiat: mō p̄
quæ possit de eo astrologus diuinare. Præterea illud quo soluit i quo erat tota uis
uīe argumentationis: non posse effici ab hora qua infans nascitur: qd in fratribus

Haly auero.
Bella imagi-
natio

Redargutio.

Prima ratio.
Secunda.
Tertia. (10)

Respon-
si astrologo-
rum.

in parentibus dudum ante precessit. Nam eorum opinionem qui non effici hac res sed significatam ab astris dixerunt: postea coarguimus. Nunc aduersus eos disputamus qui eorum quae caelitus praediciuntur causam esse caelum opinantur: quod & Ptolemaeus & primae opinionis omnes istius artis opinati sunt.

Caput VI Futura multo post tempore a praesenti constellatione effici non posse.

Videtur non solum praesentia: sed si recte consideremus: nec quae multo post tempore sunt futura effici possunt a praesenti constellatione: quod est tamen familiarissime frequentissimumque in astrologorum praedictionibus. Vbi. n. non illud legitur apud eos: planetam orientalem in prima utraque parte praeslare quod pollicetur: occidentalem in postrema: qui horoscopum occupauerit: vel horoscopi fuerit: demum ante cito dare quae sua sunt: paulo post cum qui decimi loci iura possideat: qui occidenti vel affuerit: vel praesentis: serius qui imo caelo fuerit collocatus: atque alia hoc genus innumera: hoc denique attestantia: non fieri a constellationibus quod sunt facturae cum ipsae sunt constellationes: sed multis potius annis postquam fuerunt: huius uero mirandi exemplum in nulla uirtute uel actione naturali qualem esse caelestem committitur: apparet: ut. si tunc efficax magis existimetur cum non est quam cum est: non tenet autem caelestis influxus in corpore inftar medicinae. Sed respondebunt fortasse etiam si praeterit ille syderis potius durare tamen uirtutem: idem nobis insulam quae suo tempore per naturam agentis materiamque habilitate suos tandem effectus in luce sit eductura.

Ego uero quod attinet ad naturam agentis obitio illas quod prius obitio: uariari quidem per agentium conditionem uariamque uirtute effectus quoque naturam & conditionem: Sed hoc est omnino ab eadem causa pariter committitur ut quod sunt effecturae: tunc magis efficiantur quando sunt quam cum multo iam tempore desierunt: Quod spectat ad materiam si forte dicant non statim fieri regem & philosophum eum qui nascitur: hoc caelo id praesentente: quia aetas repugnat: poterit uideri non absurde esse quod dicitur: sed cum aetas eorum munera capax est quae natalitiae stellae pollicebatur: cur tamen non sit: cuius & caelestis sufficiens iam praesentit: & materia habilis idoneaque praesentis est. Sed aut cessare aiunt effectum tot annis quot signorum partibus a tali loco planeta distabat: aut quia talem in themate caeli locum obtinuit: nisi sero praeslare sua beneficia suis non posse hoc rationem potius naturam pro electione arbitrioque sua munera quo uoluerit tempore dispensant: ut naturalis causa: nec est: nec esse potest. Praeterea si ex se quid daret statim caelum quod promittit: sed materiae dispositio est in mora non erit astrologi eventus tempore praesentis cognoscere qui caelum considerat: sed eius potius qui materiam statum conditionemque cognoscit: ut quid futuri sit ab astrologo audiat. Quando futurum a astrologo tempore desinonstret. Quod item respondebat seruari uim a caelo deriuatum praesentente constellatione scire ab eis uelim: ubi non conseruatur: utique aut in materia: aut in causa inferioribus & secundariis: quorum siue utrumque siue alteris eis placet: scit nec in astru fluxus refluxusque materiae: nec in tam uaria atque mutabili particularium causarum multitudine: uirtutem caelestem posse eandem & stabilem tam diuturno tempore permanere.

Responso

Consultatio

Caput VII De auspiciationibus quas electiones dicunt, q̄ uana & impossibilibus sit astrologorum sententia.

Ibet itē ab eis sciscitari de ea parte qua maxime utilis uita putatur a stroligiar: quae est de auspiciationibus, uulgo electiones uocant: hoc est quomā pacto a calo fieri itelligāt: ut qd̄ hac quidem hora agredimur faciendū facti: ceter: quod uero alia infelicitate fiat a nobis. Nā ut facile oīa haec dicūt: & habet in prima fronte sp̄m̄ p̄babilitatis: ita cū diligentius examinātur uana, impossibilitaq; deprehēdūt: Si q̄s inquit iter sub tali cali cōstellatōe capeat, cōmodā habebit p̄grinationē: a rege benigne excipiet: irem suā familiārē adaugebit, Cōtra si alia hora equū ascendat: aut descēdat in nauē: difficilia itinera: piculōsam nauigationem expietur. Nec efficiet tandē cuius rei gr̄a iter nauigationē uel suscipit. Haec omnia fateor me nō perspicere quomā pacto hanc a calo doceant ipsi me h̄ possunt. Esto iuppiter de nona cali regione radios suos in terrā iaculetur: felices dicent cōstellationē p̄ itinere capelesse. Quare ego ex eis defluxus iste afflatuq; fortunatus: hōes ne i p̄los afflet atq; afficiat iter atreptatos: an ipsam potius iter agentū hominū operationē: hoc est uel equi ascensum uel e domo egressionē uel huius aliquid eorum quae sunt necessario itineris incohaementa. Si primū respondeat afflabitur illi: etiam si tūc primū iter nō accipiat sydens beneficio: quotiens arripēdi itineris illis fuerit p̄positum: plerim cū ex eorum sententia non p̄stet cōstellatio qd̄ pollicetur tunc maxime quādo est: sed longo etiā post saepe temporis interuallo. Si secundum multa certe delirare cogentur ut positionem tueantur: dū nobis exponunt quo pacto iouia ille equi ascensio: & mollē pedibus uiam subleuat. & latrōes abigat ex itinere & nubibus pulsus placatum efficiat diffuso lumine caelum. Nec parū item illis negotiis in retinendo illo defluxu: dum multosq; sorte dierum iter plane cōficiatur: cum non parua iure suspicio habenda sit neque in illo equum ascendente uirtus calo descendit: reciproca ratione cum de equo ille descēdent: illa in calū rursus ascendat: & nouo ille uiator ioue semper indigeat, cum erit ei equus inalsēdus. Nam somnare uim aliquā primordialē rursū cōsistentē: nullibi radicatum: quae totum tibi iter molliter beateq; cōficiat: hominum est infomnis etiam delirantiū: qui quod loquuntur nihil perpendentes: funem dant & sine mente sonum.

Videamus rursus eosdem ne scrupulos incidant in his rebus quae sunt opera potius nostra q̄ operationes. Sententia est Ptolemaei in urbis cōstitutione mars cali mediū obnoauerit: principes eius ciuitatis gladio plerumq; perituros. Exponat nobis Ptolemæus ubinam languinolēta: ista martis radiatio recipiatur: quae tot deinceps principes. Sit successu temporum gladio necatura? Si suscipi eā uelit in principe qui tunc urbē adificat: rogabo quo pacto iacti illi desolatiq; i terrā rursu principes lapides: urbis. s. fundamenta. caelestes radios aliorum uergentes i principē istū flectant atq; deriuent. Quo pacto in eius posteros regniq; successores hereditario q̄ iure deueniat: noxia illa uirtus: cuius & susceptaculū petiit: & origo praeerit.

Ptolemæus.

Liber

Sane quid possit siue rubore interrogantibus ita nobis respondere, equidem nō p̄cipio. Dicit igitur forte non in principe ipso urbis institutore: sed in ipsa potius urbe: in ipsis primis lapidibus super quos erigenda est: pestilentia illā recipi: martis pesti-fero quasi quodam afflatu: omnes eius urbis principes afflaturā. Bellum utiq; iuenum moysæ etia testimonio confirmandū: qui leprosa nobis domus expiationem prophetica olim inspiratē monstrauit. Sed uereor ne cōgesta delu per humus, pri-mulq; lapidibus inculcata, exhalare mephitim illam martiā nō prohibeat: aut si oīno exhalet: nō egenes potius & pauperes pestilentia magis opportunos inuadat, q̄ pri-cipem ipm ciuitatis. Qui si in suburbana aliqua uilla forte habitauerit, credo gl'a-dio non perbit, plerūq; si plumbo passuum milibus ea distat ab urbe, q̄ ut martius ille tepor, talce ruderibus interrimis, interim undiq; suffocatus: inceget illic possit: efficaciq; peruenire. Sed hæc philosophis pendebatur gloria Platonis acade-mie & Aristotelis: qui in suis de republica libris: ubi de condenda regendaq; scilicet urbe, ac ciuitate tā multa perceperūt: de tam utili tam obseruandaque cautione nihil nobis scriptum reliquerūt: Quæ omnia si nō per iocum scitio pensitemus: ui-debimus iute Haly interceptem Ptolemæi q̄q; sūmum astrologum, partē tamē hanc astrologia quæ est de electionibus frivola inefficacēque existimasse.

Caput VIII Astrologos mentem nostrā calo subūcere quāq; ut sunt a stui-
id dissimulare conentur.

Actenus demonstratum est nullā ex corpali rebo & tēporariis quarū ma-
h xime ius habere calū putatur dependere a calo quo, s. modo astrologi opi-
nātur. Nam neque ea quæ sunt sortita: nec quæ ad alios attinēt: nec quæ
aut p̄sentia sunt, aut futura lōgo post tēpore: tum eos maximā partē quæ ut fiant
felicitate a certis horarū obseruatōbo auspicātur. Quæ si non ita efficit calū: iute ca-
lo p̄uideantur: quāto illa minus quæ sunt incorporea: de quibo tamē p̄nunciare
astrologica supstitio nihil erubescit. Continētur enim hoc genere morum ingenio:
rūque diuersitates: & quæcūque animi nostri opera & p̄prietates: cōueniunt quæ
ad demones: ad mentes superiores: ad deū: ad efficacā supplicationum: ad archa-
na cōscientia: ad statum futuræ uitæ: & que hoc genus alia pertinent. De quibus
omnibo malle dogmata p̄dicendi nugiuendū hoc hominū genus arrogantiſſima te-
meritate diuulgar. Et quidem a morbo exordirer quos alios atque alios esse in ho-
minibo putant: p̄ uarietate natalis cōstellationis. Sed solent cum hic urgētur dissi-
mulare quod sentiūt: & de arbitriū libertate multa funditātes: cauēdū p̄cipe, ne co-
gi putemus a stellis nostrā libertatē: a quibo solū p̄prietatem inuitamentūque ali-
quod habeamus: quod uel sequi uel declinare nostræ sit electionis. Detegam igit
primū fraudem huius defensionis, plurima afferens dogmata ipsorum ex quibo
patet mentem ipsam eos calo subūcere, eniam ubi a corpore non dependet. Postea
nec morum ingenioque diuersitatē eo etiā quo dicūt, modo in caelestes causas re-
ferti posse declarabimus. Ergo si non aliter putant humani animi differēntias esse
de syderum habitu & positōne: q̄ ut affecto aliter atque aliter corpore: animi etiā

Haly

Astucia astro-
logorum.Astrologos
mentē nrām
calo subūcerē

opatio nō nihil imutet: quomodo ex parte i nona celi regiōe feliciter cōstituto tā
 tum p̄senti nobis posse cotendunt. ut ab oblesus corporibus sola p̄sentia demones ex
 pellamus: Quod nō animi solū est ad corpus inclināns: sed sic uiuentis i corpore
 tū deo plenus: & mentes habitās penetrat: i corpore uiuere se nō sentiat. Quō itē Secunda.
 ex parte solis. de archanis cōficienti eius qui nascitur erga deos & hōies. iudicari
 ros se p̄sumūt: q̄bo in manu animi & nōtra magis libertate: nihil positum est:
 nec ita ut angelica pateant cognitioni: nec potestati subiciantur. Denique si societas Tertia
 corporis celo a sam sociat quomodo de statu eius cū extra corpus est posita: de cale
 stī cōstellatione p̄nunciāt: Vulgātū enī apud illos duos esse planetas auctores for
 tuitatis. uenerē: & iouē: sed diuersis officiis: ut uenus p̄sentis uitaē felicitatē largia
 tur: iuppiter futurae: Maternus postq̄ multa ex his cōmemorauit quae a latuino p̄
 flantur i leone cōstituto: tum ita subiūgit: sed cum hac omnia fuerint affectū lon
 geui moieturi: & aīa eorum ad celū diu applicata transibit. Saturnus. n. in leone
 positus a ias eoy qui sic se habuerit i terra: inumeris angustiis liberatas ad celū: &
 ad oniguis suae primordia reuocat. Hac ille. Vnde nō solū id intelligi uolo q̄ ad im
 pietatis usq; suspensionē a strológica ista suspitio se diffundat: sed quāra scriptoribus
 huius artis fides ad haberi pōt: quā nisi ex pra usq; cōprobata litteris mādauerit:
 Quos p̄culdubio scimus cū scribebāt. experimentū nō habuisse uitaē futurae. Nam
 si a suis cōfectantes uitaē sanētis hac forte intellexerunt. potius quae ad illos q̄ quae
 ad supos mitteret cōstellatio poterāt intelligere. Quāq; n. putant se certa hora sup
 plicites a deo ipetrare posse quod uolūt: non tamē facile credā. nisi dogma muta
 uerint: a temā se ab eo felicitatem impetraturos. Et certe putāt illi quod diximus
 Scribit. n. fabulosissimus ille Albumasar: qui luna ioui cōiuncta cū capite draco
 nis deo supplicauit impetratū a deo quocid petierit. Et erūt adhuc philosophi: Quarta.
 erunt theologi q̄bo hac placent: putentq; se: & quos sequitur a strologos: satis ad
 huc itelligere quid sit deus: quid sit oratio: quae mihi in sanra hoc loci nō tam est cō
 futanda q̄ ex ecranda: cū ex his quae de oratione aduersus ipios alibi dīputauimus
 satis sit cōsoluta. At Petrus apponens cuius ego scripta quociens lego: toties illud Albumasar.
 Heradīn uenit in mentē πονηρα φνα γοορ ου φερα Ipse inq; scribit. illa se hora
 de qua dicebamus a deo sciam petuisse: & post eā diem i ea magnope p̄mouisse.
 Mihi quantū nouus hic Solomon i ea promouerit mentī nō uacat. Credo certe q̄
 quid pomuit nō plus eo esse quod humanis passio cōlici possit. Sed ut unq; sese
 tes habeat. cōsulerem Petro isti: ut totū q̄ p̄ profecit. suae potius iduistris ingenioq;
 a ceptū referret: q̄ iouit illi suae supplicationi: sed ne pertinaciter illud defendat. co
 ganur bona iudicia negare: eum potius quicq; in bonis litteris profecisse: q̄ ut tam
 uanae superstitionis aliquando assentiret. Cōsulerem item in commune a strolog
 is omnibus: ut postquā illis iuppiter ita fauens est: tantum sibi una felicitas horae
 supplicatione diuinarum opumque comparent: ut nostris post hac pecuniis ni
 hil indigentes desinerent aliquando mentes imperitorum tot quotidie mendacis
 emungenda pecuniae gratia iustificare.

Caput IX Mores hominū a celo non fieri.

Ideamus de moribus: an recta rōne possit defendi: esse horū quoq; aliquo modo cām in celo. Forte, n. si nec uim pati cali partē animi rōnalem, nec cogi nostrā libertatē existimemus. Nihil erit præterea tur aut philosophia

Optio quorundam
Confusatio.

aut pietas neget: uaria hōium studia: multiplices ingeniorum proprietates: a diuersis stellis afflatis puenire. Cū ad etiā faciat habitus corporis: sūlia animi dignitate & libertate electionis. Vex. fallitur longe qui ita putat. Nā ipsam & solam partem sensuale ita affici a soletur ad flagitiū aliquod habeat ppenſionem: & rōni cōtra: nū: & pietati magnopere est aduersū. Quæcūq; enī a causis naturalibus sunt: his plectim quæ sibi a cōditore natura pscriptas leges seruat immutabiliter itā in auctorem naturæ sic institutis: q̄ in naturā ipsam sunt referenda: quacūque uel uirtute uel ppenitate sydera p̄dita sunt: q; philosophos: & theologorum cōsensu indicit illis naturæ principū deus. Deū optimū & sapientissimū uix negāt insipientes: quæ uero hæc: aut bonitas aut sapiētia potentissima celi manu hōiem: quāq; libes: infirmū tamē: flectere ad eā partem: ad quā minime eum uelis dedinare. Tum optimos seruos malos: facere auctores & ministros: aut cū ipsi regis iussa nunq; transgrediantur: ipsi tamen maxime sint: q; alios ad transgressionē inuident & ipellant.

Secūda tō

Tertia.

Postremo qui hic ordo naturæ: qui cōsensu: quæ sapiens institutio: ut quæ ratio naturæ fieri nollet: ab his tamen ut fiant sedulo procuratur: quæ sunt partes naturæ: magnæ: potentes: optime: p̄cipales. Præterea nō facit qui peccat aliquid: imo deficit: quate q; mutat ad peccandū ad deliciendū inuitat: quod nō cōuenit causis supioribus efficiētib; semper deficientib; uero nunq;. Absurdissimum igitur dogma astrologos: putantium habere nos ab hac quidem sydere: positione inclinatione: ab aliis: ab aliis ad incestus: ad fraudes: ad homicidia: cum tota natura p̄sertim superior diuinæ menti proxime unctæ: naturalis & diuinæ legis obseruatio ni. possit forte fauere: obesse & aduersari nullo modo possit. Compeſcūt igitur os p̄sanum: nec uenerem dicūt marti copulatam ad adulteria nos uocare: aut eisdē in signis manibus collocatos ad masculorum nepharios concubitus excitare: martē celi nonā partem occupantem facere irreligiosos: atque alias omnino cōstellatos ad alia nos irritare flagitia. Imputent sibi nō celo sua delicta: nec seculentæ materis: & iniqui animi sordes: a purissimis putent naturæ fontibus emanare. Verum solui ne forte ista obiectio poterit: si (quod quidā putant) dixemus: esse omnium syderum uites bonas & salutares: Sed cum in nobis suscipiūtur materia uino degenerare: & qui benefici erant afflatus euadere interdum noxios atque maleficos.

Solutio quorundam.

Sic a Marte quidē præstari animi fortitudinem & herculeam efficaciam. Sed aut uicio corporis in quo nimium rubra bilis exafluat: aut culpa animi abutentis munere celesti: flecti quandoque impetus illos ad crudelitatem & iniustitiam: Sicut saturno altitudinem mentis: profunditatē cōsiliis: inuestigationē rerum obstrusarum: amorem contemplationis infundi. Eadem tamen omnia quia torpidum inueniunt susceptaculū: uel arbitriū culpa eius in quo recipitur dolosum lacere ani

Ptolemæus .

magnas quas uocant cōiunctiones planetarū superiorum. Saturni p̄sertim atque iouis: & hanc quidem sentiam sequitur arabes & latini uestigis arabum insidentes. Illi accessisse uidetur Ptolemæus. qui (ut postea de arabibus) de magnis illis cōiunctionibus nullam unq̄ habuit mentionem: Sed libro secūdo apotelesmatō eos ait ex aethiopicis qui ad orientē uergūt & mercuri colere uenerē & saturnum: quoniam trigono sublimē aridæ qualitate: hoc est uirgini: tauro: & capricorno: quibus ipse putat saturnū ueneremq; dominari. Rursus qui inter meridiem habitāt & occiduum: uenerem atque martem habere pro numinibus: quoniam humida triplicitati subiciantur: cui cum Marte mercurium & uenerē præficit. Vtraq; uero sentia: ipsa ut dicebamus: euidenti rei euentisq; refellitur. Nā si uirtute magnæ alicuius conuenit: etionis religio alicui nascitur: abolet ea uirtute aboleri quoq; illa religio debet.

Nulla autē lydey est cōiunctio cuius uirtus durare per tot annos singulari: etis ab astrologis: quot annis & cultus idolorum: & mosaica religio: & christiana etiā pducarunt: Circiter quinq; annos milia in idolorum cultura mundus caligauit. Quæ nam quæso cōiunctio: qui maxima anni lyderis alicuius: tot libi annorum spacia uendicant: Mosaice legis ritus & obseruantia: apud hæbreos etiam hodie uigent: & iam ter mille annis aut eo plus uiguerunt. Quæ ista tam fortis: tam diuturna est cōstellatio: quæ extincto imperio religionē extingui tamen non permittit. Dabit causas horum theologus & ueras: & suo dogmati conlonas: de celo dare astrologus nullas potest: unde si ista deriuarentur uarietas religionū uariari illas quoties atque simulari sapius uideremus. Quod & astrologi ipsi putantes ex p̄cipuis suæ scientiæ id colligentes p̄sinerunt terminos unicusq; religioni quos ille transgressus ipsa rei euidentiã aliunde se dependere q̄ a lyderibus demonstrarunt. Iam illam Ptolemæi opinionem quæ perinde atque uanis locis & gentibus uaria lydera dominatur: ita uarios etiam ritus religionum in illis locis existimat: longe magis ab ipsa experientia confutatur. Cum & illis pronunciis quæ inter orientem iacent & meridiem: præsent eadem lydera quæ olim illis p̄sistebant. Nec tamen ut olim ibi uenus saturnusq; coluntur. Cur enim hæc illis numina dominabatur: utiq; ut ipse scribit Ptol. qm̄ terrena triplicitas quæ cōstat ex tauro: uirgine & capricorno: regiō ibi illis p̄sistit: illi uero triplicitati uenus & saturnus. Ita enim ipse existimauit. At partitio hæc mūda & regionū: sub aliis atque aliis triplicitatibus distributa: p̄petua est nō tēporaria. quare eadem erit semp̄ quæ aliquādo fuit. Cur nō igitur o Ptolemæe: eadem etiā in eisdē locis hodieq; religio durat: Deniq; totā istā disputatōne ita concludamus Ptolemæi ip̄m interrogantes: si a uaria lydey p̄sidentia apud alias gentes olim alia lydera colebantur: cuiusnam lyderis ut ac potestare efficitur: ut nulla lydera hodie aliqua fere totius mundi regione colantur.

Caput XI Corporis dispositio nō efficit a celo :

q̄ Vt omnia si sint satis cōfirmata: restabit sola corporis dispositio de qua pronunciare possit astrologus si de his talis tantum potest: quæ efficiuntur a celo: Sed nec istam efficere potest natalitia cōstellatio: cum & corporis

habitum & figuram quam secum gerit ex alio prius habeat puer q̄ alium egredia-
tur. Quare erit hæc quoq; illis ænumeranda de quibus octavo capite dicebamus nõ
posse prædici per naturam qua utuntur: quia ista præcedunt naturam qua-
re ponit per conceptionem uel feminis dispositionem. At semen tunc non sit. ergo
erit constellatio qua semen factum est potius spectanda: sed hoc postea: si igitur p̄
uidens corporis dispositio prænuntiarique poterit. Ex hora conceptus poterit utq;
magis q̄ ex hora natiuitatis ex qua nullo modo potest: sed an ex illa etiam possit se-
quentibus libris examinabitur. Nunc illud demonstratur. errare astrologos. qui bre-
uiore corpore: an proceri: obeso: an macilento: litmo: an imbecillo: manco: an inte-
gro: legitimo: an monstroso: in alcatu is qui nascitur: ex genitura: hora: pronoscit.
Hæc eni ille omnes cõditiones longe prius adipiscitur: q̄ formatus iam & absolutus
ex matris utero in publicũ emitatur. Quare sicuti non sunt ab ea constellatione
quã dudum. s. præcesserunt: ita nec prædici ex eius obseruatõe a mathematico pos-
sunt: De conceptus tempore postea disputa uimus. nunc illud scire lectorem uolu-
mus: putasse timos astrologos. quæ ad corporis attinet temperaturã a primis cau-
sis & calo inferioribus a deo dependere: ut quemadmodum scribit Haly ueniã da-
ri sibi postulauerint: si in prædicenda corporis dispoñe euidens est a ueritate. Nos igitur
totam de cali efficiencia disputationem ita colligimus si calum causa est uni,
uersalis: non esse ab eo rerum particularium uarietatem & distinctiõem: & si i eo
quoque particularium proprietatum effectrices uirtutes esse concedamus: non ta-
men huiusmodi quales de calo astrologi uanicantur: cum neque fortuita in cau-
sas naturales: Nec quæ sunt mala in optimos auctores: nec quæ a ratione cõsilioq;
proficiscuntur. in principia naturali necessitate efficiencia: nec i corpora incorporea
radio. nec quæ iam præterita: aut longe post tempore sunt futura in præsentem cõ-
stellatione: nec quæ ad alios attinent: in nostram genituram referri nulla rõne pos-
se uideantur. Tum esse per absurdum & ab omni philosophia maxime alienum
quorum proprias uideres. & manifestas & sufficientes a pud nos in uiribus corpo-
rum inferiorum in animorum diuersitate in affectu. consilio. occasione. consuetu-
dine: in concursu tam uario confluentium undique rerum atque causarum: eorum
tamen originem querere in sydenibus: quæ neque sitibi: neque ut esse possit: aut
rerum quæ sunt: aut cali efficiencia natura conditione patiatur: factum: ut om-
nes philosophi quorum studium in perferutandis rerum causis laborque uersatur
cum a medicina. aut mathematicis: ab omni arte atque sciẽtia rerum ueras causas
mutuetur. Astrologicis tamen causis nullq; utantur. Quod ut Phauorinum: Car-
neadem: Possidonium: Timeum: Pythagoram prætermittam: a ipso Aristot. a Pla-
tone: a Plotinorab Aueroerab Auicenna: a bonis utriusque familie sectatoribus
factum: inter initia operis dedarauimus.

Haly

Epilogus

Phauo. Car.
Possid. Tim.
Pyt. Aristot.
Plato. Ploti.
Auer. Auic.

Caput XII Nõ posse calũ eius rei signum esse: cuius causa non sit:

u Eum dicit aliquis forte. etiam si concedatur non fieri a sydenibus istas ua-

